Probat quoddam quod supposuerat. scilicet quod motui circulari non sit aliquid motus contrarius. et hoc quidem supposuerat in demonstratione qua probavit corpus celi non esse sub generationi et corruptioni: sed ideo hoc statim non probavit: sed distulit probationem usque huc. quia hoc et valet ad ostendendum quod non sit maior numerus simplicium corporum. scilicet non motui circulari esset aliquid motus contrarius: posset dici quod sicut est duplex corpus quod movetur motu recto propter contrarietatem huius motus. ita et est duplex corpus quod movetur motu circulari. hoc autem non continget si constet quod corpori circulari non sit aliquid motus circularis contrarius. Circa hoc ergo primo proponit quod intendit. et dicit quod per multas rationes potest aliquid accipere fidem: quod motui circulari non sit aliquid motus localis contrarius. Secunda ibi.

Primus quidem. quia circulari rectum opponi maxime ponimus. Concauum enim et gibbosum non solum adinvicem opponi videntur: sed et recto combinata et iuxta se posita. Itaque si quidem contraria aliqua esse in recto maxime necessarium contrariam esse: ad eum qui in circuitu motum. Quae autem in recto adinvicem opponuntur propter loca. Quod enim sursum ei quod deorsum: et loci est differentia et contrarietas.

Ostendit propositum circa quod considerandum est quod si in motu circulari sit contrarietas: oportet hoc esse altero trium modorum: quorum unus est: ut motui circulari rectus sit contrarius. Alius modus est: ut sit aliqua contrarietas in ipsis partibus motus circularis. Tertius est ut uni motui circulari alius motus circularis contrarietur. primo ergo ostendit quod motui circulari non contrariatur motus rectus. 2. ostendit quod non sit contrarietas in partibus motus circularis ibi. Deinde si quis existimat etc. 3. quod non sit contrarietas in toto motu circulari unius. scilicet motus circularis ad alium. Ibi. At vero neque quae alia etc. Dicit ergo primo quod motui maxime circulari videtur opponi rectum. Linea enim recta nullam habet fractionem. figura autem angularis habet quaedam fractionem: non per totum: sed in angulis. Sed figura circularis videtur per totum habere fractionem: ac si totum esset angulus

L6.
23.

L6.
24.

L6.
25.

L6.
26.

et secundum hoc rectum et circulare videntur esse contraria quia si maxime distantia: et quia posset aliquis dicere quod circulari non opponitur rectum. sed concavo opponitur convexum siue gibbosum: ad hanc objectionem excludendam subiungit quod concavum et gibbosum. id est convexum non solum videntur habere oppositionem ad invicem: sed etiam ad rectum. ad se invicem autem videntur habere oppositionem sicut combinata. et iuxta se posita. id est secundum relationem. Nam concavum dicitur respectu eorum quae intra sunt: gibbosum vero respectu eorum quae extra sunt. et sic omni modo rectum contrariatur circulari siue accipiat sub ratione concavi siue sub ratione convexi: et quia contrarietas motuum videtur esse secundum contrarietatem eorum in quibus est motus: videtur esse contra quod aliquis motus sit contrarius motui circulari: maxime quod sit ei contrarius motus rectus: quod si est super lineam rectam. sed motus rectus contrariatur ad invicem per loca diversa: motus vero non qui est sursum contrariatur ei qui deorsum est. quia deorsum et sursum importat differentiam. et contrarietatem loci. et sic unum motui recto contrariatur alius motus rectus et circularis: hoc autem est impossibile. quia unum unum est contrarium. ergo impossibile est quod motui circulari sit aliquis motus contrarius. potest autem aliquis obviare contra hoc quod dicitur: quod circulari maxime contrariatur rectum. dicitur enim in predicamentis quod si figura nihil est diversum. rectum autem et circulare sunt differentie figurarum: potest autem dici quod plus hic ex hypothesis loquitur. et non simpliciter: si enim esset aliquid contrarium circulari: maxime contrariatur sibi rectum: ratione supra dicta: potest etiam dici quod in quolibet genere. inveniuntur contrarietas differentiarum ut patet decimo metaphisice licet non sit in omni genere contrarietas specierum. Et si enim rationale et irrationale sunt contrarie differentie: non tamen homo et asinus sunt contrarie species. sic igitur ponitur contrarietas inter rectum et circulare: non sicut inter species: sed sicut inter differentias eiusdem generis: hoc autem contrarietas posset attendi in motibus. secundum differentiam recti et circularis non est contrarietas corruptiva: quale interdit hic plus excludere a corpore celesti: sicut est diversitas calidi et frigidi: contrarietas autem secundum differentias aliquorum generum nihil prohibet in corpore celesti esse. puta secundum quod par et impar vel aliquid horum. Obviat autem Johannes grammaticus contra id quod plus videtur ponere concavum et gibbosum opponi secundum relationem. quia relativa videntur sibi esse. concavum autem et gibbosum non sunt simul ex necessitate: potest enim esse aliquod corpus sphericum exterius convexum: absque hoc quod sit interius concavum: sed in hoc deceptus fuit: quia plus loquitur de concavo et convexo sed quod inveniuntur in linea circulari: non autem secundum quod inveniuntur in corpore spherico: in quo unum potest esse sine altero: non autem in linea. Deinde cum dicit.


Com. **C** Deinde si
27. quod existimat eandem rationem esse: quam et in recto et in circulari: eam enim que ab



.a. ad .b. lationem contrariam ei que .a. .b. ad .a. eam que in recto dicitur. De. n. finite sunt. Circulares autem infinite utique erunt circa eadem signa. Ostendit non esse contrarietatem in partibus motus circularis: et primo excludit contrarietatem a partibus huius motus: ostendit quod contrarietas partium non sufficit ad contrarietatem totius ibi. Si autem et iste contrarie est. Circa primum tria facit. primo ostendit quod non est contrarietas in partibus motus circularis: que accipiuntur secundum diversas portiones circuli: que designantur inter duo puncta. 2o ostendit quod non est contrarietas in partibus motus circularis: que accipiuntur sed eundem semicirculo ibi. Similiter autem et quod in semicirculo est. Tertio ostendit

quod non est contrarietas in partibus motus circularis que accipiuntur sed duos semicirculos ibi. Sic autem et utique est. Dicit ergo per quod posset aliquis existimare quod eadem sit ratio contrarietatis in motu qui est per lineam circularem: et in motu qui est per lineam rectam. Si enim designet una linea recta inter duo puncta que sunt .a. et .b. manifestum est quod motus localis qui fiet super lineam rectam ab .a. in .b. prius erit motui locali qui fiet e converso .a. b. in .a. sed non est similis ratio si describat una linea circularis super duo puncta: que sunt .a. et .b. quia inter duo puncta non potest esse nisi una linea recta: sed inter duo puncta potest describi infinite linee curve: que sunt diverse portiones circuloz: sequeret igitur si motui qui est ab .a. in .b. per circulum lineam esset prius motus qui est ab .b. in .a. secundum lineam circularem: quod infiniti motus essent contrarii unum. Est autem attendendum quod loco huius quod debuit dicere quod linea recta est una inter duo puncta dixit quod linee recte sunt finite. quia si accipiamus in diversis locis duo puncta erunt inter ea linee recte finite. sed inter quolibet duo puncta poterunt describi linee curve infinite. Obviat autem contra hanc rationem Johannes grammaticus. quia non videtur quod unum motui sint infiniti motus diversimodum. sed infiniti infinitis. quia secundum unamquamque portione circuli que describuntur super duo puncta: erunt duo motus sibi invicem diversimodum. Item videtur quod sit idem inconueniens quod sequitur ex contrarietate motuum rectorum: manifestum est enim. quod sicut iter duo puncta possunt describi infinite linee curve: ita a centro mundi ad circumferentiam potest describi infinite linee recte. Sed idem est ad primum: quod si contrarietas sit motuum que fiunt per lineas curvas secundum contrarietatem terminorum sicut accidit in motibus rectis: sequitur ex hac suppositione: quod quilibet motus que sit ab .a. in .a. per quancumque lineam curvam sit contrarius motui qui est ab .a. in .b. et sic sequitur quod non solum unum motui sint infiniti motus contrarii: sed quod quilibet infinitorum motuum ex una parte incipientium: contrarietur infiniti motus qui incipiunt ex parte contraria. Ad secundum idem: quod infinite linee recte que sunt a centro ad circumferentiam sunt equales et ideo designat eandem distantiam inter contrarios terminos et ideo in omnibus est eadem ratio contrarietatis que importat maximam distantiam: sed omnes linee curve infinite que describuntur super eadem puncta sunt inequales: unde non est in eis eadem ratio contrarietatis: quia non est una et eadem distantia accepta secundum quantitates linee curve. Deinde cum dicit.

C Similiter autem et que in semicirculo uno: puta .a. g. ad .d. et .a. .d. ad .g.



Eadem enim est que in diametro est. Semp. n. unumquodque distare secundum rectum ponimus. Ostendit quod non sit contrarietas in motu circulari secundum unum et eundem semicirculum: posset enim aliquis dicere quod motui qui est super una lineam curvam ab .a. in .b. non contrariatur quilibet motus que est ab .b. in .a. per quancumque lineam curvam: sed per unam et eandem: puta per unum semicirculum. Sit autem semicirculus .g. .d. et sit ita quod motus que est per semicirculum .a. g. ad .d. contrarietur motui: qui est super eundem semicirculum .a. d. ad .g. sed contra hoc procedit Aristoteles. ex hoc quod eadem distantia reputatur que est .a. g. in .d. per semicirculum illi distantie que accipitur per diametrum: non quod semicirculus sit equalis diametro: sed quia omnem distantiam mensuramus per lineam rectam. Cuius ratio est: quia omnis mensura debet esse certa et determinata et minima. Inter duo autem puncta mensura linee recte est certa et determinata: quia non potest esse nisi una. et est

Ob
tie
376


Di

Co
29

Co
28

minima omnium linearum que sunt inter duo puncta: lineae
 vero curue iter duo puncta describitur infinite que omnes sunt ma-
 iores linea recta: iter eadem puncta descripta. Unde distantia
 que est inter duo puncta: mensuratur per lineam rectam. et non per lineam
 curvam semicirculi: seu cuiuslibet alterius portionis circuli
 aut maioris: aut minoris portionis circuli. Cum igitur de con-
 trarietatis ratione sit quod habeat maximam distantiam: ut dicitur in 10.
 meta. cum distantia que est inter duo puncta non mensuretur secundum
 lineam curvam: sed secundum rectam. consequens est quod contrarietas termi-
 norum non faciat contrarietatem in motibus qui sunt super semicir-
 culum: sed solum in motibus qui sunt super diametrum. Obicit autem
 contra hoc Joannes grammaticus. quod non solum geometre et
 astrologi accipiunt quantitatem lineae curvae per lineam rectam: sed
 et econverso. probant. n. quantitatem chordae per arcum. et quantitatem
 arcus per chordam: sed in hoc deficit ab intellectu Aristotelis. Non enim
 hic creditur Aristoteli. quod linea curva mensuretur per rectam: sed quod di-
 stantia que est inter quolibet duo puncta mensuretur per lineam re-
 ctam ratione iam dicta. Obicit etiam quod maxima distan-
 tia est in celo que est inter duo puncta opposita: puta iter
 principium arietis. et principium librae. et tunc si contrarie-
 tas est maxima distantia: poterit secundum hanc distantiam attendi con-
 trarietas in motu circulari. Sed dicitur quod illa distantia maxime
 attenditur secundum quanti-
 tatem diametri.

et si secundum quantitatem
 semicirculi. alio-
 quoniam plus distaret
 principium arietis a prin-
 cipio sagittarum
 quod respicit
 trino aspectu:
 quod a principio
 librae quod re-
 spicit aspectu
 recte opposi-
 tionis. De-
 inde cum di-
 citur.




29. **C** Similiter autem et utique: si quod circuli faciens
 eam que in altero semicirculo lationem contrariam
 ponat ei: que in altero: puta in toto circulo eam
 que ab e. ad 3. eius qui. i. semicirculi: et que a.
 3. ad e. i. t. semicirculo.

28.

Ostendit non esse contrarietatem in motu circulari secundum
 duos semicirculos. et dicitur quod similis est ratio: si quod describens
 circulum totum ponat motum qui est in uno semicirculo con-
 trarium ei quod est in alio semicirculo. Sit enim circulus cuius dia-
 meter sit e. 3. dividens ipsum in duos semicirculos: in uno quo-
 rum describat. i. in alio. t. posset ergo aliquis dicere quod mo-
 tum qui est ab e. ad 3. per semicirculum. i. contrarietatem motus
 eam. 3. ad e. per semicirculum. t. sed hoc improbat eadem ratione
 qua et prius. quod i. distantia que est inter e. t. 3. non mensuratur
 semicirculo: sed diametro. e. 3. **A**dbuc alia ratio est. quod unum
 motus continuus est: qui incipiens ab e. venit in 3. per semicir-
 culum. et iterum per semicirculum. t. redit. a. 3. in e. duo autem motus
 contrarii non possunt sibi invicem continuari: ut patet in 8.
 physicorum. **D**einde cum dicitur.

Si autem et iste contrarie: sed nunquam: et
 que in toto circulo invicem propter hoc con-
 trarie.

Ostendit quod etiam si iste partes motuum circularium
 essent contrarie. non tamen propter hoc sequeretur quod con-
 trarietas esset in motibus circularibus secundum totum:
 non enim sequitur ad contrarietatem partium contra-



rietas totius.
 Et sic patet quod
 id quod iam
 ostendit philo-
 sophus de con-
 trarietate par-
 tium motus cir-
 cularis ex ab-
 danti profectu-
 tus est: ut totali-
 ter a motu cir-
 culari contra-
 rietatem exclu-
 deret. **D**e-
 inde cum di-
 citur.

At vero neque que ab a. ad b. circulatio con-
 traria ei que ab a. ad g. **E**x eodem. n. in idem
 motus. **C**ontraria autem determinata est latio
 ex contrario in contrarium esse.

26.
30.

Ostendit quod toti motui circulari non est alius totus motus
 circularis contrarius. et hoc duabus rationibus: quarum pri-
 ma sumitur ex consideratione ipsius motus circularis in
 communi. Sit ergo unus circulus super quem in tribus punctis
 describantur. a. 2. b. 2. g. super hunc autem circulum intelligantur duo
 motus circulares: quorum unus incipiat ab a. et per b. vadat
 in g. et sic revertatur ad a. alius autem motus econverso inci-
 piens ab a. primo vadat ad g. et sic transiens per b. revertatur
 ad a. dicit ergo illos duos motus non esse contrarios. uter-
 que enim horum motuum ab eodem incipit. scilicet ab a. et in idem termi-
 nat. scilicet in ipso a. et sic patet quod isti duo motus non incipiunt
 a contrario: neque terminantur ad contrarium: contrarius au-
 tem motus localis est: qui est a contrario in contrarium:
 patet ergo predictos motus circulares non esse contrarios.
 Obicit autem contra hoc iterum Joannes grammaticus.
 primo quidem. quod in diversis videtur esse diversa ratio contra-
 rietatis. moveri enim a contrario in contrarium determinat
 contrarietatem in motibus rectis: unde non oportet si
 talis contrarietas non est in motibus circularibus quod pro-
 pter hoc nulla contrarietas in eis esse possit. Item sicut
 est de ratione motus contrarii in motibus rectis: quod sit de con-
 trario in contrarium: ita est de ratione motus quod sit de uno
 in aliud. per hoc autem quod motus circularis est ab eodem
 in idem: non solum excluditur a motibus circularibus quod
 non sint contrarii: sed etiam quod penitus non sint motus.
Consequens est autem ad primum quod esse a contrario in con-
 trarium non est ratio contrarietatis propria in motibus
 localibus qui sunt secundum lineam rectam: sed est communis
 ratio contrarietatis in omnibus motibus: ut patet in 5. phy-
 sicorum. Et huius ratio est. quod contrarietas est differentia
 secundum formam. ut ostenditur in 10. metaphysice. motus au-
 tem habet formam: seu speciem ex suo termino. et ideo in
 nullo motu potest esse contrarietas absque contrarietate
 terminorum. **A**d secundum dicendum quod motus cir-
 cularis. quod est primus motuum: minimus habet de diver-
 sitate. et plurimum de uniformitate. Et hoc quidem appa-
 ret proportionabiliter in mobili. et in motu. In mobili quod
 dem. quod non mutat suum ubi secundum totum subiecto: sed solum
 ratione. pars vero quolibet mutat suum ubi: etiam sub-
 iecto: ut ostensum est in 6. physicorum. Et similiter etiam
 pars motus circularis est de uno in aliud: subiecto diffe-
 rens: totus autem motus circularis est quidem de eodem
 in idem secundum subiectum: sed est de uno in aliud differens
 sola ratione. Si enim accipiatur circulatio una que ab a.
 redit in a. ipsum a. quod est terminus a quo: et in quem

*Duae obiectiones
Philoponi, & dilu-
tiones.*

Prima dilutio.

Secunda dilutio.

B

est idem subiecto: sed differens ratione in quantum accipitur ut principium et finis. et ideo quod motus circularis plurimum habet de unitate: est natura eius longinqua a contrarietate: que est maxima distantia. Et ideo talis motus competit primis corporibus que sunt propinquissima substantiis simplicibus que penitus contrarietate carent. Secunda rationem ponit ibi.

25. **C** Si autem et esset que circum est: que circum contraria: frustra utique esset altera. Ad eadem enim quod necesse quod circumfertur undecumque incipiens in omnia similiter aduenire contraria loca. Sunt autem loci contrarietates sursum et deorsum: ante et retro. et dextrum: et sinistrum. Rationis autem contrarietates secundum locorum sunt contrarietates. **C** Si quidem enim equales essent: non utique esset motus ipsarum. Si autem alter motus dominaretur: alter utique non esset. Itaque si ambo essent frustra utique esset alterum corpus non motus eodem motu. Frustra enim calciamentum hoc dicimus: cuius non est calciatio. deus autem et natura nihil frustra faciunt.

C Et hec quidem ratio sumitur per applicationem circularis motus ad corpora naturalia: que quidem ratio talis est. Si unus motus circularis esset contrarius alii oporteret: quod alter eorum esset frustra: sed nihil est frustra in natura. ergo non sunt duo motus circulares contrarii: conditionalem autem probat sic. si essent duo motus circulares contrarii: oporteret quod corpora que mouerentur illis duobus motibus: transirent per eadem signa in circulo signata. et hoc ideo quod contrarietas motus localis exigit contrarietatem locorum que attingit utrumque mobilium. Si ergo essent motus circulares contrarii. oporteret quod loca designarent contraria in circulo. In recta quidem linea designantur sola duo loca contraria: que. scilicet maxime distant. alia vero loca signata per lineam rectam que sunt infra duo loca extrema: cum non maxime distent: non habent contrarietatem ad invicem: sed in circulo cuiuslibet puncti est accipere maximam distantiam ad aliquod aliud punctum circuli. quod a quolibet puncto signato in circulo: contingit ducere aliquam diametrum que est maxima linearum rectorum cadentium in circulo. dictum est autem quod omnis distantia mensuratur secundum lineam rectam. quod igitur ea que mouentur contrariis motibus: necesse est attingere contraria loca: necesse est si motus circulares sint contrarii quod utrumque corpus circulariter motum a quouis puncto circuli moueri incipiat: perueniat ad omnia loca circuli que omnia sunt contraria. Nec est inconueniens si in circulo describantur loca contraria secundum omnem partem. quod contrarietates loci accipiuntur: non solum secundum sursum: et deorsum: sed etiam secundum ante et retro: et dextrum: et sinistrum: deum est autem quod contrarietates motus localis accipiuntur secundum contrarietates locorum. et sic si motus circulares sunt contrarii: necesse est accipi contrarietates in circulo secundum predicta. Ex his autem sequitur quod alter motus vel corporum esset frustra. quod si equales essent magnitudines motus. id est equalis virtutis: neutrum ipsarum moueretur. quod una totaliter impediret alteram. cum oporteret utrumque transire per eadem loca. si vero alter motus dominaretur propter preeminentiam virtutis in altero mobili vel mouentium: sequens est quod alter motus esse non posset. quod totaliter impediretur per motum fortiozem. Itaque si ambo corpora essent que essent nata moueri contrariis motibus circularibus: frustra esset alter istorum corporum: quod non pos-

set moueri illo motu qui impediretur per fortiozem. unumquodque quod non dicimus esse frustra. quod non potest habere suum usum: sicut dicimus calciamentum esse frustra. quo non potest aliquid calciari. et sicut corpus erit frustra quod non poterit moueri per primo motu. et etiam motus erit frustra quo nihil potest moueri. Sic ergo patet quod si sint duo motus circulares contrarii: necesse est aliquid esse frustra in natura: sed quod hoc sit impossibile: probat sic. Omne quod est in natura: vel est a deo: sicut prime res naturales: vel est a natura: sicut a secunda causa: puta inferioribus effectibus: sed deus nihil facit frustra. quod cum sit agens per intellectum: agit propter finem. similiter etiam natura nihil facit frustra. quod agit sicut mota a deo: velut a primo mouente: sicut sagitta non mouetur frustra: quantum emittitur a sagittante ad aliquod certum. Relinquitur ergo quod nihil in natura sit frustra. Est autem attendendum quod Aristoteles hic ponit deum esse factorem celestium corporum. et non solum causam per modum finis. ut quidam dixerunt.

C Obicit autem contra hanc rationem Joannes grammaticus quod pari ratione posset aliquis concludere quod in motibus rectis non sit contrarietas. quod contraria mobilia impediunt se invicem. sed dicendum quod alia ratio est in motibus rectis et circularibus: propter duo. Primo quidem. quod duo corpora mouentur contrariis motibus rectis absque eo quod se invicem impediant. eo quod non attenditur contrarietas in motibus rectis nisi secundum extrema linearum rectorum: puta secundum centrum mundi: et circumferentiam eius: a centro autem ad circumferentiam possunt infinite linee duci. ita quod id quod mouetur per unam earum sursum: non impedit id quod mouetur deorsum per aliam: sed in motu circulari eadem ratio contrarietatis est in omnibus partibus circuli. et ideo oportet quod per eadem loca circuli utrumque transeat. et sic ex necessitate oportet quod motus circulares contrarii se invicem impediunt. Secundo est diuersa ratio utrobique. quod corpus quod mouetur naturaliter motu recto: sicut naturaliter est aptum corrumpi: ita naturaliter est aptum impediri: unde si impediatur: non est hoc frustra: sicut nec quod corrumpatur. Sed corpus circulariter motum est naturaliter incorruptibile: unde non est natum impediri: unde si in natura esset aliquod impedimentum ipsius esset frustra. **C** Item potest obici de motu planetarum qui mouentur propriis motibus ab occidente in orientem: quod videtur esse in contrarium motus firmamenti: quod mouetur motu diurno ab oriente in occidentem. **C** Sed obicitur quod tales motus habent quidem aliquam diuersitatem ab invicem que designat aliquo modo diuersam naturam mobilium. non tamen est aliqua contrarietas propter tria: primo quidem. quod huiusmodi diuersitas non est secundum contrarios terminos: sed secundum contrarias vias perueniendi ad eundem terminum. puta quod firmamentum a puncto orientis mouetur ad punctum occidentis per hemispherium superius. et redit ad punctum orientis per hemispherium inferius. planeta autem mouetur a puncto occidentis ad orientem per aliud hemispherium: moueri autem diuersis viis ad eundem finem non facit contrarietatem actionum: vel motuum: sed pertinet ad diuersum ordinem motuum vel mobilium. quod quod nobiliori via pertingit ad terminum est nobilior: sicut melior est medicus qui efficaciori via sanitatem inducit. Et ideo est quod motus primo firmamenti est nobilior secundo motu qui est planetarum: sicut et superius orbis est nobilior: unde et orbis planetarum mouetur motu primo orbis absque hoc quod impediantur a suis propriis motibus. Secunda ratio est. quod quousque motus sit super idem centrum. est tamen uterque motus iuxta alios et alios polos: unde non sunt contrarii. Tertia ratio est. quod non sunt in eodem circulo: sed motus planetarum sunt in inferioribus circulis: oportet autem contrarietatem attendi circa eadem distantiam: sicut patet in motibus rectis: quorum contrarietas consistit in distantia centri et circumferentie.

Y
ob
phil
ni



Co. 35.

Ed quoniam manifestum de his: et de reliquis intendendum est. Et primo utrum et corpus infinitum quemadmodum plurimi antiquorum philosophorum putauerunt: aut hoc unum est aliquid impossibile. **Lectio. IX.**

Ostendit philosophus ostendit perfectionem universi. et ex quibus partibus eius perfectio integritate: hic incipit arguere de infinitate ipsi. quod ut dicitur in 3. physica. quodam ratione perfecti attribuerunt infinito. potest autem aliquid dici infinitum tripliciter. Uno modo secundum magnitudinem. Alio modo secundum numerum. Tertio modo secundum durationem. Primo igitur ingrit utrum universum sit infinitum secundum magnitudinem. Secundo utrum sit infinitum secundum multitudinem: utrum scilicet sit unus mundus tantum: vel infiniti seu plures mundi. Quia autem neque plures sunt. Tertio utrum sit infinitum duratione: quasi semper existens ibi. His autem determinatis etc. Circa primum duo facit: primo ostendit problematice de quo est intentio. secundo exequitur propositum ibi. Quod quidem igitur necesse est. Circa primum tria facit. primo ostendit de quo est intentio. secundo assignat rationem sue intentionis ibi. Sic enim aut nullo modo etc. Tertio determinat modum agendi mundi. Necesse autem itaque etc. **D**icit ergo primo. quod manifestum est ex predictis quod motui circulari non est aliquid motus contrarius. et de aliis quae dicta sunt: oportet nunc intendere ad ea quae residua sunt. et primo ingreditur est utrum sit aliquid corpus infinitum in actu secundum magnitudinem: sicut plurimi antiquorum philosophorum putauerunt: omnes scilicet qui posuerunt unum principium naturale: puta ignem: vel aere: aut aquam. aut aliquid medium horum: vel potius hoc est impossibile quod sit aliquid corpus infinitum in actu: sicut probatum est in 3. physica: supponedo tantum quod non sit aliquid corpus praeter quatuor elementa secundum opinionem aliorum: sed quod iam probavit quod est aliquid corpus praeter quatuor elementa repetit hanc considerationem: ut uniuersalior sit inquisitio veritatis. **D**einde cum dicit.

Sic enim: aut nullo modo habere non aliquid modicum: sed totum differre facit. et omne ad eam quae de veritate speculationem. Fere enim hoc omnium principium contradictionum enunciantibus aliquid de tota natura: et fuit: et erit utique.

Assignat rationem sue intentionis ex diuersitate quae accidit propter predictam positionem. et primo proponit hanc diuersitatem consequentem. et dicit: quod non modicum differt in comparatione ad speculationem veritatis in naturali philosophia: utrum hoc: aut illo modo se habeat. scilicet quod sit aliquid corpus infinitum secundum magnitudinem: vel non: sed magis inducit differentiam circa totum. scilicet circa totum uniuersum. et circa omnem considerationem naturalem. hoc enim quod dicitur est: fere fuit in praeterito: et erit in futuro principium omnium contradictionum inter eos qui aliquid enunciant uerum de tota natura re. Illi enim qui posuerunt unum infinitum principium: posuerunt alia fieri quasi per separationem ab illo principio. et sic propter infinitatem illius principii dixerunt generationem re non deficere: sicut si aliquid diceret quod ex infinita massa possent fieri panes in infinitum. Illi uero qui posuerunt principia finita: dixerunt res fieri in infinitum per reciprocam congregationem et separationem elementorum. **D**einde cum dicit.

Si quidem qui modicum transgressus fuerit a veritate: fit longe plus decies milies. Puta si quis minimam aliquam dicat esse magnitudinem. Sic enim minimum introducens

maxima utique amouebit mathematicorum. Huius autem causa. quod principium virtute maius quam magnitudine. Quapropter quod in principio modicum: in fine fit multum magnus: infinitum autem principium habet virtute: et quanti maximam. Itaque nihil inconueniens: neque irrationabile mirabile esse differentiam: ex eo quod sumitur quod est aliquid corpus infinitum: propter quod de ipso dicendum a principio resumendum.

Assignat causam quare tanta diuersitas ex hoc sequatur. quod si quod modicum transgreditur a veritate circa principium procedens in ulteriora: fit magis longe a veritate decies milies. et hoc ideo. quod omnia subsequentera dependet ex suis principijs. et hoc maxime apparet in errore viarum. quod qui parum elongatur a recta via: postmodum procedens fit multum longe. Et ponit exemplum de eo quod dictum est in his qui posuerunt aliquam minimam magnitudinem: sicut Democritus posuit corpora indiuisibilia. sic autem introducens aliquid minimum in quantitate: destruit maximas propositiones mathematicorum. puta quod lineam datam contingit secari in duo media. et huius causa est quod principium ut sit modicum magnitudine seu quantitate: est tantum magnam virtute: sicut ex modico semine producit magna arbor. Et ideo est quod illud quod est modicum in principio: in fine multiplicatur. quod contingit ad totum id ad quod se extendit virtus principij: siue hoc sit verum: siue falsum: infinitum autem habet rationem principij: omnes enim quicumque sunt locuti de infinito posuerunt infinitum esse principium: ut dictum est in 3. physica. et cum hoc habet maximam virtute quo ad quantitate. quod excedit omnem quantitate datam. si igitur principium quod est minimum quantitate facit magnam differentiam in sequentibus: multo magis infinitum: quod non solum excedit in virtute principij: sed etiam in quantitate. et ideo neque inconueniens: neque irrationabile est: si mirabilis differentia sequatur in scientia naturali: ex eo quod sumitur aliquid corpus esse infinitum. et ideo de hoc dicendum est resumendo considerationem nostram a principio quod supra accepimus de differentia simplicium corporum. et compositorum. **D**einde cum dicit.

Necesse itaque omne corpus: aut simplicius esse: aut compositorum: quare et infinitum: aut simplex erit: aut compositum. Sed adhuc et quod finitum simplicibus necesse finitum esse compositum palam.



Ex finiti enim et multitudine et magnitudine compositum: finitum est et multitudine et magnitudine. Tanti enim est ex quantitate est compositum.

Restat igitur videre: utrum contingit aliquid quod simplicium infinitum esse magnitudine: aut hoc impossibile. praeargumentantes autem de principio corporum sic intendamus et de reliquis.

Ostendit quo ordine agendum sit. et dicit quod necesse est

Co. 34.

Co. 35.

b z

omne corpus aut de numero simplicium: aut de numero compositorum corporum esse. unde oportet etiam quod corpus infinitum: aut sit simplex: aut compositum. Item manifestum est quod si corpora simplicia essent finita multitudine: et magnitudine: necesse est quod compositum sit finitum et multitudine et magnitudine. Tantam enim quantitatem habet corpus compositum: quanta est quantitas corporum simplicium: ex quibus compositum est: ostensum est autem supra quod corpora simplicia sunt finita multitudine. quia non est aliud corpus preter predicta. Restat igitur videre utrum aliquod corpus simplicium sit infinitum magnitudine: vel si hoc sit impossibile. Et hoc quidem ostendemus primo argumentantes de primo corpore: quod scilicet circulariter mouetur. et sic intendemus ad reliqua corpora que scilicet mouentur motu recto. **C** Deinde cum dicit.

Quod quidem igitur necesse est corpus quod circumfertur finitum esse omne ex his palam.

Ostendit quod non sit corpus infinitum. et primo propter rationibus de singulis corporibus. scilicet tribus communibus rationibus de omnibus. Ibi. Quod quidem igitur non est infinitum corpus etc. Circa primum duo facit. primo ostendit propositum in corpore quod circulariter mouetur. scilicet in corporibus que mouentur motu recto Ibi. Sed adhuc neque quod ad medium etc. Circa primum duo facit. primo proponit quod intendit et dicit quod manifestum est ex his que dicuntur quod necesse est omne corpus quod circulariter fertur esse finitum. hoc. n. est primum corpus. **C** Deinde cum dicit.

Si. n. infinitum quod circumfertur corpus: infinite erunt que a medio egredientes. Infinitam autem distantiam infinitam. Infinitam. n. distantiam dico lineam: cuius nulla est extra sumere magnitudinem tangentem lineam. Hanc igitur necesse est infinitam esse. Finitam. n. semper erit finita. Adhuc autem semper est data maiorem accipere. Ita que quemadmodum numerus dicimus infinitum. quia maximus non est: eadem ratio: et de distantia. Si igitur infinitum non est pertransire: infinito autem ente necesse distantiam infinitam esse: non utique pertingeret circummoueri.

Probat propositum sex rationibus. Quarum prima talis est: si aliud corpus est infinitum: non potest moueri circulariter: sed corpus primum mouetur circulariter. ergo non est infinitum. primo ergo probat conditionales sic. quia si corpus quod circulariter fertur est infinitum: necesse est quod linee recte que egrediuntur a centro ipsius sint infinite. protendantur. n. quantum durat corpus quantitas: distantia autem que est inter infinitas lineas: est infinita: posset autem aliquid dicere quod et si sint linee infinite a centro egredientes: tamen inter eas est aliqua distantia finita. quia omnis distantia mensuratur secundum lineam rectam. posset autem aliqua linea finita probari infra duas predictas lineas. puta in proximiori propinquitate ad centrum: sed manifestum est quod extra illam lineam poterit alia linea recta maior probari inter illas lineas: de quibus primo loquebamur. Et ideo dicit quod non loquitur de distantia quam mensurant tales linee: sed illam distantiam dicit esse infinitam que mensuratur per lineam extra quam non est sumere aliquam aliam lineam maiorem: que tangentem utranque primarum linearum. Et tale distantiam probat esse infinitam dupliciter. primo quidem quia omnis talis distantia finita est inter lineas egredientes a centro finitas. oportet. n. quod idem sint termini linearum egredientium a centro et linee finite mensurantis extremam distantiam inter eas. scilicet probat idem per hoc quod qualibet distantia data inter duas lineas mensuratas egre-

dietes a centro: est accipere aliam maiorem: sicut quod uolibet numero dato est accipere maiorem: unde sicut est infinitum in numeris. ita est infinitum in tali distantia. Ex hoc sic arguitur. infinitum non est pertransire: ut probatum est in .6. physicorum: sed si corpus sit infinitum: necesse est quod distantia sit infinita inter lineas egredientes a centro: ut probatum est. ad hoc autem quod fiat motus circularis: oportet quod una linea egrediens a centro pertingat ad situm alterius. sic igitur nunquam contingeret aliquid circulariter moueri. **S**ecundo Ibi.



Celū autem videtur in mundo circumuolui: et ratione deterrimauimus quia est aliquis circularis motus

Probat de constructione consequentis dupliciter. primo quidem. quia ad sensum videtur quod celus circulariter mouetur. et quia supra per rationem probatum est quod motus circularis est aliquis corporis: unde relinquitur quod impossibile sit esse corpus infinitum quod circulariter mouetur.

Adhuc a finito tempore si auferas finitum tempus: necesse reliquum esse finitum: et habere principium. Si autem tempus incessus habet principium: est principium et motus. Quare et magnitudinis que mota est: similiter autem hoc et in alijs. Sic itaque linea infinita: in qua. a. g. e. ad alteram partem que. e. in qua autem. bb. ad utranque partem infinita. Si itaque scribat circuli: que. a. g. e. a. g. centro icidens: quandoque fertur circuli per eas que. bb. a. g. e. in tempore finito. Omne. n. tempus in quantum circulo latius est celus: finitum est: et ablatum igitur quo icidens ferebatur. Erit igitur aliquod principium: quo primum que. a. g. e. eam que. bb. icidit: sed impossibile. Non contingit igitur circuli uolui infinitum. Quare neque mundum: si erat infinitus.

Lectio. X.

Remissa prima ratione que precedebat ad ostendendum corpus non esse infinitum quod circulariter fertur ex hoc quod distantia que est inter duas lineas a centro egredientes erit infinita et impertransibilis. hic ponit secundam rationem ex hoc quod linee descri-



Co. 34


Co. 37.

Co. 38.

pre imagine in corpore infinito: siue in ei⁹ loco non pnt
 seinuicē itersecare. Et pmittit in hac rōne quoddā pnci-
 piū. s. qd si a tēpore finito subtrahat tēpus finitū: qd relin-
 quit necesse est esse finitū. qz pars finiti nō pōt eē infinita.
 aliogn totū esset minus sua parte. z si illud residuū tem-
 poris est finitū. sequēs ē qd habeat pncipiū. hoc. n. tēpus
 dicimus eē finitū: qd hz pncipiū z finē. demonstratū ē aut
 in. 6. physicoz qd tēpus z motus. z mobile sequunt se in-
 uicē in hoc qd est eē finitū. Unde si tēpus mēsurās inces-
 sus: siue motū est finitū: z habēs pncipiū: necesse ē qd mo-
 tus sit finitus. z habeat pncipiū: z qd etiā magnitudo
 mota sit finita: z habēs pncipiū: z sicut hoc dicimus i mo-
 tu celi: similiter opz se habere in alijs motibus z mobili-
 bus. ¶ Istisigit pmissis tanqz pncipijs. pcedit ad demō-
 strādū ppositū. Supponat ergo qd a centro corporis in
 finiti qd est. a. trahatur qdam linea. s. a. g. e. que sit infinita
 ad aliam partē. s. ex parte. e. z itelligat ista linea circūuol-
 ui fm motū totius corporis. z qd fm pūctum. g. describat
 quēdam circulū suo motu. imagineēt etiā in spatio ima-
 ginato in quo reuoluit corpus infinitū quēdam linea stās
 immobilis que nō trāseat per cētū: sed sit infinita ex vtraqz
 parte. z sit linea. bb. si ergo sicut dictū est linea qd ē. a. g. e.
 sua icesione describat circulū. a. g. e. i. cui⁹ semidiameter
 sit. a. g. ¶ tringet qd linea. a. g. e. circueūdo circulū pdictum
 secabit totā lineā. bb. in tēpore finito: manifestū est autē
 qd semidiameter circuli nō pōt volui in circuitu: nisi inci-
 dat: vel secet successiue totā lineā immobilem imaginatā
 in circulo extra cētū. Et qd tēpus sit finitū: in quo linea
 que educitur a cētro secet lineam infinitam. que describit
 extra cētū. manifestat per hoc qd totū tēpus in quo ce-
 lum mouetur: est finitū: sicut patz ad sensum: vnde conse-
 quens est qd pars illius temporis qd aufertur a toto tem-
 pore: sit finita in quo. s. linea. a. g. e. incidit lineam. bb. vel
 potius segtur illud tēpus esse finitū in quo ista linea inci-
 dens: fertur vsqz ad lineā que iciditur. z hoc opz auferri
 a toto tēpore finito: vt residui tēporis accipiatur qddam
 pncipiū fm pncipiū supra positū. segtur ergo qd sit aliqđ
 pncipiū tēporis in quo linea a. g. e. icēpit icidere lineaz
 .b. b. hoc aut ē impossibile. qz cuz vnam partem icidat ante
 aliā: si sit dare pncipiū tēporis: in quo icipit icidere: eēt
 dare pncipiū aliqđ in linea infinita: qd est contra rōnez
 infiniti. Sic ergo pz qd corpus infinitum nō tringit reuolui
 circulariter. Unde si mūdus sit infinitus. segtur qd nō mo-
 ueatur circulariter. Videmus aut firmamētum moueri
 circulariter. nō ergo est infinitū. Tertiā rōnē ponit ibi.

26. 36

26. 37. ¶ Adhuc aut z ex his manifestum qd infinituz
 ipossibile moueri. Sit. n. que. a. lata iuxta eaz
 que. b. finita iuxta finitā. Necesse igitur simul
 z eā que. a. ab ea que. b. absolui: z ea q. b. ab ea
 que. a. Quantū eniz altera acceperit alterius:
 z altera illius tantum. Si qdem igitur ambe
 moueantur in contrariū: velocius vtiqz disū-
 gētur. Si aut iuxta manētem feratur tardius:
 eadem celeritate mota ea que iuxta fertur.



26. 38. ¶ Sed illud qdem manifestū: qd impossibile
 infinitaz pertransire in tēpore finito. In infinito
 igitur: ostensum enim est hoc prius in his que
 de motu. Differt aut nihil: aut finitam ferri iux-
 ta infinitā: aut infinitam iuxta illā. Cū enim illa

permutetur iuxta illā similiter mota. Verita-
 men si iuxta moueātur ambe velocius absol-
 uentur: qzuis aliquādo nihil prohibet motam
 iuxta quiescētē velocius pertrāsire: qz supra
 motaz: siqz fecerit cōtra motas qdem ambas
 latas lēte. Nam asit que iuxta quietaz multo il-
 lius velocius latā. Nulluz igitur ad rationez
 ipedimētū: qz iuxta qetā: quoniā qdē motā cō-
 tingit eā q. a. iuxta motā eaz q. b. tardius per-
 trāsire. Si igitur infinitū tēpus quo finita absol-
 uitur mota: z i quo p infinita infinitaz mouebat:
 necesse infinitū esse: ipossibile igitur infinituz per
 infinitū moueri totum. Si enim z per minimū
 moueatur: necesse infinitum fieri tēpus. Sed
 tamen celū circuit: z vertitur totū in circuituz
 in tēpore finito. quare cōtinet totā circuli q in-
 tus: puta eā que. a. b. finitā: ipossibile igitur in
 finitum esse quod in circuitu.

¶ Et sumit hec ratio ex infinitate totius corporis qd po-
 nit circulariter moueri. dicit ergo qd ex his etq sequuntur
 manifestū est qd ipossibile ē corpus infinitū moueri circu-
 lariter. Premittit aut qd si sint due linee finite: quaruz
 vna sit. a. z alia. b. ita qd a. ferat iuxta. b. gescēte. b. ex ne-
 cessitate segtur qd simul linea mota que est. a. separet. a.
 linea stāte: que ē. b. z ecōtra linea stās: qd est. b. separetur a
 linea mota qd est. a. z huius ratio est. qz qz tam partes vna
 eaz accipit de alia: tātaq ecōuerso alia accipit de ipsa. Sz
 tū si ambe moueantur vna cōtra aliā. velocius separabū-
 tur linee abinuicem: dum sit equalis velocitas duarum
 motaz contra seinuicē: z vnius mote iuxta aliā stātem. z
 hoc iō premittit. qz idem ē tēpus quo vna linea pertransit
 aliā: z quo alia pertransit ipsam. Et postqz hoc manifesta-
 uit per lineas finitas applicat hoc ad lineas infinitas. de
 qbus itēdit: z dicit manifestū esse qd ipossibile est lineam
 infinitā pertrāsiri tēpore finito a linea finita: vnde relinq-
 tur qd linea finita pertrāseat infinitā tēpore infinito: quod
 qdem ostēsum est pus in his qd de motu. i. in. 6. physicoz:
 sicut aut apparet ex his que dicta sunt de lineis finitis: ni-
 hil differt qd linea finita moueat per infinitā. z qd infinita
 moueat super finitā. cum. n. linea infinita moueat p lineā
 finitā: similis ratio est si linea finita moueat: vel nō mo-
 ueat. Manifestū est aut qd si moueatur linea finita: sicut
 z infinita: vtraqz eaz velocius pertrāsibit aliam: vnde ma-
 nifestū est qd et si nō moueatur linea finita simile erit qd
 trāsitur a linea infinita: ac si trāsiret illā: sz qz dixerat qd si-
 militer se habeat: siue moueat altera: siue nō: ostendit in
 quo. Circa hoc posset esse differētia. qz si vtraqz linearū
 moueat vna cōtra aliā: velocius separabunt abinuicem
 Sed hoc itelligenduz est si sit eadem velocitas: sicut su-
 pra dictū est: aliquādo tū nihil phibet: qn etiā linea q mo-
 uetur iuxta gescētem. velocius pertrāseat eam: qz si mo-
 uere iuxta lineā in ptrariū motā: puta quādo due linee
 q cōtra se mouerent: habere motū lentum: illa vō q mo-
 uere iuxta gescētem haberet motū velocē. sic igitur pz
 q nullū ipedimētum est: qz tū ad rōnez istā q linea infini-
 ta moueatur iuxta lineā finitā qetam. qz contigit q linea
 mota q est. a. tardius trāsit lineā. b. motā. qz si non moue-
 ret: dūmodo ponat q linea. b. gescēte linea. a. veloci⁹ mo-
 uere. Sic igit ostēso qd nihil differt lineā infinitā moue-
 ri iuxta finitā: gescētem ab eo qd linea finita moueretur
 super infinitaz. ex hoc arguitur qd tempus quo linea fini-

ta pertrāsit ifinitā lineā est ifinitum psequēs est q̄ tēpus quo lineā ifinita mouet p lineā ifinitā: sit ifinitū. Sic igit̄ p̄ q̄ impossibile est totū corpus ifinitū moueri per totum spatiū ifinitū: i quo imaginamur motū eius tēpore. s. finitō. q̄ si ifinitū moueret etiā per minimū spatiū finitum: sequeret̄ q̄ tēpus esset ifinitū: pbatū est. n. q̄ ifinitū mouetur per finitū tēpore ifinito: sicut etiā finituz per ifinitū: videmus aut̄ q̄ celū circuit totū spatiū suuz tēpore finitō. Unde manifestū est q̄ pertrāsit tēpore finitō aliq̄ lineā finitā: puta que continet iterius totū circulū descriptū circa centrum eius. s. lineam. a. b. quod non contingeret: si esset ifinitum. Impossibile est igitur corpus quod circulariter fertur esse ifinitum.

39. **C** Adhuc quemadmoduz lineam cuius finis est: impossibile esse ifinitam: sed siquidez ad longitudinem ⁊ superficiem: similiter cuius finis non contingit: cum autem determinatur nusq̄: puta tetragonum ifinitum: aut circulū aut spatiū: queadmodum neq̄ pedale ifinitum: si igitur neq̄ sphaera: neq̄ tetragonū: neq̄ circulus est ifinitus. Non existente autēz circulo: neq̄ vtiq̄ que circum erit latio. Similr autem neq̄ ifinito existente: non vtiq̄ erit ifinita: si neq̄ circulus ifinitus est: non vtiq̄ mouebitur circulariter ifinitū corp⁹. **Lec. XI.**



Remissis tribus rōnibus ad pbādūz q̄ corpus qd̄ circulariter mouet: nō possit esse ifinitum. hic ponit quartā que talis est. Impossibile est lineā esse ifinitā: cuius est aliqs finis nisi forte ad alterā partē habeat finē. ⁊ ad alterā partēz sit ifinita. ⁊ simile etiā est de superficie: q̄ si habeat finē ad vnā ptē q̄ nō attingit eē eā ifinitaz ad illā partē: s̄ quādo ad oēm partē determinat̄: nullo modo potest eē ifinita: sicut p̄ q̄ nō attingit esse tetragonū. i. quadratū ifinitū: neq̄ circulū q̄ ē superficialis figura: neq̄ sphaera que est figuracorporea: hec. n. sunt noia figuraz: figura aut̄ est q̄ termino: vel terminis p̄prehendit̄. ⁊ sic p̄ q̄ nulla superficies figurata est ifinita q̄ si nulla superficies est ifinita. ergo neq̄ sphaera est ifinita. Si ergo neq̄ sphaera est ifinita: neq̄ quadratū: neq̄ circul⁹: manifestū est q̄ nō potest esse motus circularis ifinitus. sicut. n. si non est circulus: nō pōt esse motus circularis: ita si nō sit ifinitus circulus: non pōt esse ifinit⁹ motus circularis: sed si corpus ifinituz moueatur circulariter: necesse est motum circularē esse ifinitum. nō ē ergo possibile q̄ corpus ifinitum circulariter moueatur.

Quitā rōnē ponit ibi.



40. **C** Adhuc autem si. g. centrum sit: que autem .a. b. ifinita: ⁊ q̄ est ad rectum ifinita: ⁊ q̄. d. g. mora nunq̄ absoluetur ab. e. sed semper se habebit: quemadmodū. g. e. icidit ei que. 3. Non

igitur circuit circulum que ifinita.

C Supponat̄ q̄ corporis ifiniti circulariter moti cētrū sit. g. ducat̄ aut̄ per hoc centz lineā ad vtrāq̄ partē ifinita: q̄ sit lineā a. b. ducatur autem alia lineā p̄ter centz eadē ad rectos angulos sup lineam. b. a. in pūcto. s. e. sit eē lineā ifinita ex vtrāq̄ parte: ⁊ he due linee sint stantes quasi imagine in spatio: in quo corpus ifinitū mouetur circulariter. Sit eē alia lineā egrediēs a cētro q̄ sit lineā d. g. ifinita ex parte. d. nā ex parte. g. o3 eā esse finitaz: hec aut̄ lineā moueat̄ per motū corporis: vtpote in eo descripta. Quia igit̄ lineā. e. est ifinita: nunq̄ absoluet̄: idest separabit̄ ab ea. q̄ nō pōt eā pertrāsire: cū sit ifinita: s̄ semper se habebit queadmodū. g. e. i. semp̄ continget. vel seccabit lineā. e. sicut seccabat eā in p̄ncipio a quo icēpit moueri: puta quādo lineā. g. d. superponebat̄ linee. b. a. ⁊ seccabit lineam. e. perpendiculariter in puncto. e. recedens enim ab hoc situ incidet lineaz. e. in pūcto. 3. ⁊ sic semp̄ in alio ⁊ alio pūcto seccabit illaz. nunq̄ tamen totalr poterit ab ea separari. Impossibile est autēz q̄ motus circularis p̄pleat̄: nisi lineā. g. d. dimittat lineā e. q̄ oportebit ante q̄ p̄pleatur motus circularis q̄ lineā. g. d. pertrāseat partē circuli q̄ est in opposito linee. sic p̄ ergo q̄ lineā ifinita nullo modo pōt circuire circulū ita. s. q̄ totus motus circularis p̄pleat̄. ⁊ ita segtur q̄ corpus ifinitū nō possit circulariter moueri. **Sextam rōnem ponit ibi.**

41. **C** Adhuc siquidem ifinitum celum: mouet̄ autem circum: in tempore finitō: ifinituz erit pertransitum. erit enim hoc quidem manens celum ifinitum. Hoc autem in hoc motum equale. Itaq̄ siquidem circuiuit ifinituz ens ifinituz equale ipsi in tempore finitō: sed hoc erat impossibile.

C Et hāc qd̄ rōnem format duplr. p̄mo ducēdo ad iposibile hoc modo. sit celū ifinitū: sicut tu ponis: manifestū est aut̄ ad sensum q̄ mouet̄ circumquāq̄ tēpore finitō. Videmus. n. eius reuolutionem perfici in .24. horis: ex hoc ergo sequitur q̄ ifinitum sit pertrāsitum tēpore finitō. ⁊ hoc iō q̄ necesse est imaginari aliq̄ spatiū equale celo in quo celū mouetur. hoc aut̄ spatiū imaginamur vt q̄scens: sic igit̄ oportebit: q̄ sit quoddam celum manens ifinitum: idest ipm spatiū in quo celum mouetur ⁊ q̄ sit corpus celi qd̄ mouetur in hoc spatio equale dicto spatio. q̄ oportet corpus equari spatio in quo est. Si igit̄ celum ifinitū existens circulariter est motum tēpore finitō: nō ē q̄ pertrāsuerit spatiū ifinituz tēpore finitō: vt probatum est in. 6. physicorum. Impossibile est igitur q̄ corpus ifinitum circulariter moueat̄. **Scda ibi.**

42. **C** Est autem ⁊ conuertibiliter dicere. Quod si finitum tempus in quo reuolutuz est: ⁊ magnitudinez que pertransita est: necesse est esse finitam. equale autem ipsi pertransiuit: finituz igitur ⁊ ipsum. **C** Quod qd̄m circulo motū nō est igitur interminatum: neq̄ ifinitum: s̄ habet finem manifestum.

C Format rōnem ecōuerso vt sit p̄batio ostensua. ⁊ dicit q̄ possumus ecōuerso dicere q̄ tēpus est finitum: ex quo celū reuolutū est: sicut ad sensum p̄: consequens est q̄ magnitudo que eē pertransita: sit finita: manifestum est aut̄ q̄ spatiū pertransituz est equale ipsi corp⁹ p̄trāsenti. Sequit̄ ergo corpus qd̄ circulariter mouet̄ eē finitū. sic ergo epilogaō cludit manifestū eē q̄ corpus qd̄ circulariter mouet̄: nō ē interminatū. i. carēs termino:

44

Lō. 41.

Lō. 42.

Lō. 43.

Lō. 45.

quasi figuratū. et p̄sequens nō est infinitū: sed h̄z finem.

44. **C** Sed adhuc: neq; quod ad medium: neq; quod a medio fertur: infinitū erit. **C** Le. XII.



Ostēdit p̄b̄s ostēdit q̄ corpus circulariter motum nō est infinitū: hic ostendit idem de corpore qd̄ mouet̄ motu recto: vel a medio: vel ad medium. Et p̄mo p̄ponit qd̄ itēdit dicens q̄ sicut corpus qd̄ circulariter fertur: nō p̄t esse infinitū. ita corpus quod fert̄ motu recto: vel a medio vel ad mediū non p̄t eē infinitū. Secūda ibi.

C Contrarie enim lationes: q̄ sursum: et q̄ deorsum. Contrarie autem ad contraria loca. **C** Contrariorum autem si alterum determinatum est: et alterum determinatum erit. **C** Medius autem determinatum est: si enim vnde cūq; feratur deorsum quod substat: non contingit pertransire longius medio loco. **C** Determinato igitur medio loco: et eum qui sursum locum necesse determinatum esse. Si autem loca determinata sunt et finita: et corpora erūt finita.

C Ostendit p̄positū. et p̄mo ex parte locorū q̄ sunt huiusmodi corporibus p̄p̄ia. sc̄do ex parte grauitatis et leuitatis per que h̄z corpora in p̄p̄ia loca mouent̄. Ibi. Et adhuc si grauitas et leuitas. Circa p̄m̄z duo facit. p̄mo ostendit p̄positū quātū ad extrema corpora: quorū vnum est simpliciter graue. s. terra: et aliud simpliciter leue. s. ignis. sc̄do q̄stuz ad corpora medio modo se habētia q̄ sunt aer et aqua ibi. Adhuc si sursum et deorsum. **C** Proponit ergo p̄mo q̄ huiusmodi motus qui sunt sursum et deorsum: vel a medio: et ad medium: sunt motus contrarij. contrarij autem motus locales sunt: qui sunt ad loca contraria: vt supra dictuz est. et est ostensum in. 5. p̄p̄icorū. relinquitur ergo q̄ loca p̄p̄ia in que feruntur huiusmodi corpora sint contraria.

Ex hoc ergo statim concludere posset huiusmodi loca eē determinata. contraria. n. sunt que maxime distant. maxima vō distātia locorum: nō p̄t esse nisi sint loca determinata. qz maxima distātia est: qua nō est alia maior. infinitis autē semp̄ est maiorem ac maiorem distātiam accipere. vnde si loca essent infinita: cessaret locorum contrarietas: sed Arist. p̄termissa hac p̄batione tanquā manifesta p̄cedit per alium modum. verum est enim q̄ si vnū contrariorum est determinatum: q̄ reliquū erit determinatum: eo q̄ contraria sunt vnius generis. medium autem mūdi qd̄ est medius terminus motus deorsum est determinatum. Ex quacūq; n. parte celi aliqd̄ feratur sursum qd̄. s. substat superiori parti: que est versus celum: non cōtinget longius p̄trāsire recedēd̄ a celo: q̄ p̄ueniat ad medium. Jam enim fieret propinquius celo. et sic moueretur sursum. sic igitur p̄ q̄ medius locus est determinatus: patet etiam ex p̄dictis q̄ determinato medio qd̄ est locus deorsum: necesse est et determinatum esse locum qui est sursum: cum sint contraria: si autēz ambo loca sint determinata et finita: necesse est q̄ corpora que sunt nata eē in his locis: sint finita. Unde p̄ huiusmodi corpora extrema que mouentur motu recto esse finita. **C** Deinde cum dicit.

45. **C** Adhuc si sursum et deorsum determinata sunt. et intermedium necesse determinatū esse. Si. n. non est determinatū: infinitus vtiq; erit motus: hoc autēz q̄ impossibile: ostensum est prius. **C** Determinatū est igitur mediū. Quare et quod in hoc corpus: aut existens: aut fieri

possibile.

C Ostendit idem q̄stuz ad media corpora. et p̄mo p̄ponit quandam p̄ditionalem. s. q̄ si sursum et deorsum sunt determinata. necesse est q̄ locus iter medius sit determinatus. et hoc p̄bat duplici ratiōe: quaz p̄ma est. Si p̄mis existentibus determinatis. mediū nō sit determinatum: sequitur q̄ motus q̄ est ab vno extremo in aliud sit infinitus: vtpote medio existēte infinito: q̄ autē hoc sit impossibile ostensum est prius in his que dicta sunt de motu circulari: vnde ostensuz est q̄ motus qui ē per infinitū: non p̄t compleri. sic ergo p̄ q̄ locus medius est determinatus. et ita cū locatum p̄mensuref̄ loco: p̄sequens est q̄ corpus sit finitum: qd̄ actu existit in hoc loco: vel quod potest ibi existere. **C** Secundam rationem ponit ibi.

C Sed et adhuc quod sursum et deorsum fertur: potest in hoc factū esse: natū est. n. hoc quidē a medio moueri. hoc autem ad medium.

C Ex his itaq; manifestū q̄ non contingit corpus esse infinitū. **C** 6. 46.

C Que talis est. Corpus qd̄ fertur sursum p̄t peruenire ad hoc q̄ sit factum existens in loco tali. Quod qdem p̄ per hoc q̄ tale corpus natum est moueri a medio: vel ad mediū. i. habet naturalē inclinationem ad hunc vel illum locū. Naturalis autē inclinatio nō p̄t esse frustra. qz deus et natura nihil faciūt frustra: vt habituz est. Sic igitur oē qd̄ mouetur naturaliter sursum vel deorsum: potest motus eius determinari ad hoc q̄ sit sursum: vel deorsum. Sed hoc non posset esse: si locus medius esset infinitus. est ergo locus medius finitus: et corpus in eo existens finitū. Ex p̄missis epilogando concludit manifestum esse: q̄ non contingit aliquod corpus esse infinitum. **C** Deinde cum dicit.

C Et adhuc si grauitas non est infinita: neq; vtiq; horū et corporū nullū erit infinitū. Necesse. n. infiniti corporis infinitā esse et grauitatē. eadez autē ratio erit et in leui. Si. n. est infinita grauitas: et leuitas si infinitū sit quod superf̄.

C Ostendit non esse corpus graue: vel leue infinitū: ratione sumpta ex grauitate: vel leuitate: que talis est. Si ē corpus graue vel leue infinitum: necesse est q̄ sit grauitas vel leuitas infinita: sed hoc est impossibile. ergo et ipsum ex quo sequitur. Circa hoc duo facit. p̄mo p̄bat p̄ditionalem. sc̄do p̄bat destructionem consequentis Ibi. Sed adhuc quoniam infinitam et leuitatem. Circa p̄m̄z duo facit. p̄mo p̄ponit quod intendit dicens: si non est grauitas infinita: nullum erit corporum horum. s. grauium infinitum. et hoc idē qz necesse est infiniti corporis infinitam esse grauitatem. Et eadem ratio est de corpore leui. qz si infinita est grauitas corporis grauis: necesse est q̄ etiam leuitas corporis leuis sit infinita. si supponatur corpus leue quod sursum fertur esse infinitum. Secūda ibi.

C Palam autem ex his. Sit enim finita: et sumatur infinitū quidem corpus: in quo. a. b. grauitas autem ipsius in quo. g. Auferatur igitur ab infinito finita magnitudo in qua. b. d. et grauitas eius sit in quo est. e. itaq; e. eo qd̄ g. minus erit. Adinoris. n. grauitas minor. mēsuretur autē minus quotienscūq; et vt grauitas minor ad maiore. b. d. ad. b. 3. fiat: contingit. n. auferri ab infinito quantūcūq;. Si igitur proportionaliter magnitudines grauitati

bus. Minor autem gravitas minoris est magnitudinis. et maior maioris utique erit: equalis igitur erit finiti et infiniti gravitas.

¶ Probat quod supposuerat. et primo proponit probationem. secundo excludit obiectiones quasdam ibi. Nihil autem differt etc. Ponit ergo primo rationem ducentem ad impossibile que talis est. Si non est verum quod supra dictum est: supponatur quod corporis infiniti sit gravitas finita. et sit corpus infinitum. a. b. gravitas autem eius finita sit. g. a corpore igitur infinito predicto auferatur aliqua pars eius finita: que est magnitudo. b. d. quam necesse est esse multo minorem toto corpore infinito. Minoris autem corporis minor est gravitas. sit ergo gravitas corporis. b. d. quod est pars finita ablata a corpore infinito cuius gravitas est minor quam sit gravitas. g. que est gravitas totius corporis infiniti. et sit ista minor gravitas. e. hec autem minor gravitas. s. e. mensuret maiorem gravitatem finitam que est. g. quotienscunq; i. secundum quemcunq; numerum: puta secundum tria: ut scilicet dicatur quod. e. est tertia pars totius. g. accipiatur autem a corpore infinito aliqua pars que superaddatur corpori finito. b. d. secundum proportionem qua. g. excedit. e. et hoc corpus excedens sit. b. 3. ita. s. sicut gravitas minor que est. e. se habet ad maiorem que est. g. Ita corpus. b. d. se habet ad. b. 3. et hoc fieri possit probat. quia a corpore infinito potest auferri quantumcunq; oportuerit: eo quod sicut dicitur in 3. physicorum. infinitum est: cuius quantitatem accipientibus: semper est aliquid extra accipere. His igitur presuppositis arguitur ducendo ad tria inconuenientia. primo quidem sic. Eadem est proportio magnitudinum grauium: que est ipsarum grauitatum. Videmus enim quod minor gravitas est minoris magnitudinis. et maior maioris: sed que est proportio e. ad. g. minoris scilicet grauitatis ad maiorem: eadem est proportio. b. d. ad. b. 3. minoris scilicet corporis ad maius: ut suppositum est. Cum igitur. e. sit gravitas corporis. b. d. sequitur quod. g. sit gravitas corporis. b. 3. Supponebatur autem quod esset gravitas totius corporis infiniti. ergo equalis numero eadem erit gravitas corporis finiti et infiniti. quod est inconueniens. quia sequeretur quod totum residuum corporis infiniti. nihil habeat grauitatis. ergo et primum est impossibile scilicet quod corporis infiniti sit gravitas finita. Secundo Ibi.

¶ Adhuc autem si maioris corporis: maior gravitas eius quod est. i. b. maior erit grauitas quare. 3. b. Quare finiti gravitas erit maior quam infiniti.

¶ Ducit ad aliud inconueniens. quia enim a corpore infinito potest accipi quantumcunq; quis voluerit: ut dictum est: accipiatur adhuc aliqua pars corporis infiniti que superaddatur corpori. b. 3. et sit vnum corpus. b. i. finitum maius corpore finito: quod est. b. 3. maioris autem corporis: maior est gravitas: ut supra dictum est. ergo grauitas corporis. b. i. est maior quam grauitas corporis. b. 3. sed primo supponebatur quod. g. erat gravitas totius corporis infiniti. ergo grauitas corporis finiti erit maior quam grauitas corporis infiniti: quod est impossibile. ergo et primum. i. quod grauitas corporis infiniti sit finita. Tertio Ibi.

¶ Et inequalium magnitudinum eadem grauitas erit. Inequale. n. finito infinito.

¶ Ducit ad tertium inconueniens scilicet quod inequalium magnitudinum sit eadem grauitas: illud manifeste sequitur ex premissis: quia infinitum est inequale finito: cum sit maius eo. Unde cum hec sint impossibilia: impossibile

est corporis infiniti esse grauitatem finitam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nihil autem differt grauitates commensuratas esse: aut incommensuratas. et enim non commensuratis existentibus: eadem erit ratio puta si in tertio mensurans excedit. g. grauitatem. Ad magnitudinibus enim. b. d. tribus totis sumptis: maior erit grauitas quam que in quo. g. Quare idem erit impossibile.

¶ Excludit duas obiectiones contra premissas rationem. primo primam. Secundo secundam Ibi. Nec utique magnitudinem etc. prima autem obiectio est. quia supposuerat in precedenti ratione quod grauitas minor que est e. mensuret secundum aliquem numerum grauitatem maiorem que est. g. quod quidem aliquis posset negare. non. n. omne maius mensuratur a minori. quia linea trium palmarum non mensurat lineam octo palmarum: hanc autem obiectionem excludit philosophus dupliciter. primo quidem quia nihil differt ad propositum. utrum due predictae grauitates scilicet maior et minor sint commensurate: sic scilicet quod minor maiorem mensuret: vel quod sint incommensurate: sic scilicet quod minor maiorem non mensuret. eadem enim ratio sequitur utrobique. Necessesse est enim quod minus aliquotiens sumptum: aut mensuret maius: aut excedat ipsum: sicut binarius: ter sumptus mensurat senarium. ter enim duo sunt. vi. quinarium autem non mensurat: sed excedit: sic igitur si grauitas. e. non mensuret grauitatem. g. sit ita quod ter sumpta mensuret quandam maiorem grauitatem. que excedit grauitatem. g. et ex hoc sumitur inconueniens sicut prius. quod si assumpserimus ex corpore infinito tres magnitudines secundum quantitatem b. d. magnitudinis ex his tribus compositae: erit tripla grauitas grauitatis. e. que ponitur esse grauitas corporis. b. d. grauitas autem tripla ad. e. est maior secundum predicta: quam grauitas. g. que est grauitas corporis infiniti: quare sequitur idem impossibile quod prius: scilicet quod maior sit grauitas corporis finiti quam infiniti. Secundo Ibi.

¶ Adhuc autem etiam contingit commensuratas sumere. Nihil enim differt incipere a grauitate: aut a magnitudine: puta si sumatur commensurata grauitas ei quod est. g. ei quod est. e. et ab infinito auferatur habens grauitatem in quo. e. puta. d. b. Deinde ut grauitas ad grauitatem. b. d. ad aliam fiat magnitudinem: puta ad. b. 3. Contingit enim infinita existente magnitudine quantumcunq; ablatum esse. His enim sumptis: commensurate erunt magnitudines et grauitates inuicem.

¶ Excludit eadem obiectionem modo: et dicit quod possumus sumere in demonstratione predicta: quod due grauitates sint commensurate. ita. s. quod. e. commensuret. g. supra. n. primo sumpta est magnitudinis pars. s. b. d. cuius grauitatem diximus esse. e. Et ideo dici poterat quod. e. non mensurat. g. nihil autem differt ad propositum utrum incipiamus a grauitate accipiendo partem eius quamcunq; volumus: aut a magnitudine sic sumpta: puta si incipiendo a grauitate sumatur quidam pars eius. s. e. que mensuret totum. s. g. et consequenter ab infinito corpore accipiamus aliquam partem. s. b. d. cuius grauitas sit. e. et deinde procedamus: ut supra. s. sicut se habet grauitas e. ad grauitatem. g. ita se habeat magnitudo. b. d. ad aliam magnitudinem maiorem:

Co. 48.

Co. 49.

Co. Si.

que est. b. 3. et hoc ideo quod ex quo magnitudo totius corporis est infinita: contingit auferri ex ea quicquid placuerit. hoc igitur modo sumptis partibus grauitatis et magnitudinis: sequitur quod magnitudines et grauitates erunt inuicem comensurate. ita. scilicet quod minor grauitas mensurabit maiorem. et similiter minor magnitudo maiorem. **C** Deinde cum dicit.

50. **C** Nec utriusque magnitudinem omnino eras esse aut anomomera nihil differret ad demonstrationem. Semper enim erit sumere equaliter graua corpora ei quod est. b. d. ab infinito quacumque aut auferentes aut apponentes. Quia propter manifestum ex dictis quoniam non erit infiniti corporis finita grauitas. Infinita igitur si igitur hoc impossibile et infinitum aliquod esse corpus impossibile.

C Excludit secundam obiectionem. supposuerat. n. esse magnitudines proportionales grauitatibus. quod quidem necesse est in corpore similium partium. cum. n. sit vnicuique per totum similis grauitatis. necesse est quod in maiori parte sit maior grauitas. sed in corpore dissimilium partium hoc non est necesse. quod potest esse quod grauitas minoris partis excedat grauitate maioris. sicut minor pars terre est grauior maiori parte aque. Hanc ergo obiectionem excludit dicens. quod nihil differt ad demonstrationem premissam utrum magnitudo infinita: de qua loquimur quicquid ad grauitate sit omnino eras vel homogenia. i. similium partium vel etherogenia. i. dissimilium partium. quia a corpore infinito possumus sumere quicquid voluerimus. vel apponere vel subtrahere. Ita quod accipiamus aliquas partes habere equalem grauitatem parti primo sumptis. scilicet b. d. siue ille partes posterius assumptis sint maiores in magnitudine: siue minores. Si ergo primo acciperemus quod b. d. sit tricubitum: habens grauitate 3. et accipiamus alias multas partes: puta decem cubitorum habentes equales grauitatem: idem erit ac si sumeretur alia pars equalis: habens equalem grauitatem. sic igitur sequitur idem inconueniens. Premissa igitur demonstratio: et exclusis obiectionibus: concludit ex dictis quod infiniti corporis non potest esse finita grauitas. Relinquitur ergo quod sit infinita. Si ergo impossibile est esse grauitatem infinitam: ut statim probabit: consequens est quod impossibile sit esse aliquod corpus infinitum. **C** Deinde cum dicit.

51. **C** Sed adhuc quoniam infinitam esse grauitatem impossibile ex his manifestum.

C Ostendit quod supposuerat. scilicet quod non possit esse grauitas infinita: et in hoc destruit consequens premissis conditionalis. Circa hoc autem duo facit. primo proponit quod intendit. et dicit quod adhuc oportet manifestare ex his que subsequuntur quod impossibile sit grauitatem infinitam esse.

C Secundo ibi.

C Si enim tanta grauitas tantam in hoc tempore mouet tantum et adhuc in minori.

C Probat propositum: et primo premitit quasdam suppositiones. secundo ex his arguit ad propositum ibi. Necesse est ex his tertio excludit quandam obiectionem ibi.

Necesse si esset tertio. ponit autem primo tres suppositiones: quarum prima est. quod si grauitas tanta. i. alicuius determinate mensure. mouet tantum. i. per determinatam magnitudinem spacii. in hoc tempore. scilicet determinato: necesse est quod tanta et adhuc. i. quod grauitas maior que habet tantam quantam minor. et adhuc amplius. moueat per tantam magnitudinem spacii in minori tempore. quod quinto vir-

tus motiua est fortior. tanto motus eius est velocior. et ita pertransit equale spacium in minori tempore ut probatum est in. 6. phisicorum. **C** Secundo suppositionem ponit ibi.

C Et analogiam quam grauitas habent tempore econuerso habebunt: puta si media grauitas in hoc duplum in medietate eius.

C Et hec sequitur ex prima. si. n. maior grauitas mouet in minori tempore: consequens est quod eadem analogia. i. proportio grauitatum et temporum econuerso. ita. scilicet quod si media grauitas mouet in tanto tempore. duplum grauitatis mouet in medietate eius. scilicet temporis. **C** Tertia suppositionem ponit ibi.

C Adhuc finita grauitas omnem finitam mouet in quodam tempore finito. **L6.**

C Et dicit quod finita grauitas mouet per finitam magnitudinem spacii in quodam tempore finito. **C** Deinde cum dicit.

C Necesse igitur ex his si quia est infinita grauitas moueri quidem secundum tantum quantum finita: et adhuc non moueri quidem: eo quod proportionabiliter oportet secundum excellentias moueri. Contrarie autem maior in minori: proportio autem nulla est infiniti ad finitum.

Ad minoris autem temporis ad maius finitum sed semper in minori. Ad minimum autem non est.

C Arguit ex premissis. si enim sit grauitas infinita. sequitur duo contradictoria. scilicet quod aliquid moueatur secundum eam. et quod non moueatur. Quod moueatur quidem sequitur ex prima suppositione. quia si tanta grauitas mouet in tanto tempore: maior mouebit velocius. scilicet in minori tempore. quia ergo infinita grauitas est maior quam finita: si finita mouet per determinatum tempus per determinatum spacium. ut tertia suppositio dicebat: consequens est quod infinita moueat tantum et adhuc amplius. i. vel per maius spacium in equali tempore. vel per equale spacium in minori tempore. quod est velocius moueri. Sed quod aliquid non moueatur secundum infinitam grauitatem sequitur ex secunda suppositione. oportet. n. proportionabiliter aliquid moueri secundum excellentias. scilicet quod maior grauitas moueat in minori tempore. nulla autem proportio potest esse infinite grauitatis ad finitam minoris aut tempis ad maius: dummodo sit finitum. est aliquid proportio. sic igitur non erit aliquod tempus dare in quo infinita grauitas moueat: sed semper erit accipere aliquid moueri in minori tempore quam sit tempus in quo moueat grauitas infinita. cum non moueat ita quod possit dici: quod non posset aliquid moueri in minori tempore. Ideo autem non est minimum tempus accipere: quia cum omne tempus sit diuisibile. sicut et quodlibet continuum quolibet tempore est accipere aliquod minus. partem. scilicet temporis diuisi. Sic igitur non potest esse grauitas infinita. **C** Deinde cum dicit.

C Neque si esset. que utilitas utriusque esset. Alia. n. contra finita sumeretur in eadem proportionem **L6.** in qua infinita ad alteram maiorem. Itaque in equali tempore equalem utriusque moueret infinita finite: sed impossibile. **52.**

C Excludit quendam obiectionem: posset. n. aliquid dicere aliquid esse minimum tempus. scilicet indiuisibile in quo mouet grauitas infinita. sicut et quidam posuerunt aliquas magnitudines esse minimas: et indiuisibiles. Sed hanc obuiationem excludit. et primo dicit quod inconueniens sequetur si ponatur minimum tempus. et quod in hoc infinita grauitas moueret. et ostendit idem inconueniens sequi in quolibet tempore etiam non minimo in quo infinita grauitas moueat ibi. Sed adhuc necesse est. dicitur quod per quod

etiam si esset tempus minimum: nulla utilitas ex hoc esset ponenti gravitatem infinitam. ad vitandum incōueniens. quāvis enim ponamus minimum tempus: nō tamē excludimus quin sit aliqua proportio huius minimi tēpōis ad tēpōs maius. eo quod hoc tēpōs minimum erit pars maioris tēpōis: sicut vnitas est pars numeri. vnde est aliqua proportio eius ad omnem numerum. Illud autem indiuisibile non habet proportionem ad diuisibile quod non est pars eius sicut punctus non est pars lineae. et ideo nō est aliqua proportio puncti ad lineam: accipiat ergo alia gravitas finita e contrario tanto maior gravitate finita: que mouebat in maiori tēpōe. quā gravitas infinita in qua proportione tēpōs minimum gravitatis infinite se habet ad tēpōs maius alterius gravitatis finite. puta sit gravitas infinita. e. tēpōs minimum in quo mouet. b. gravitas autem finita. g. que mouet in maiori tēpōe quā. b. s. in tēpōe. d. accipiat ergo alia gravitas tanto maior quā. g. in qua proportio. d. excedit. b. et sit hec gravitas. f. sic ergo cōminozatio tēpōis sit sicut additio gravitatis: sequitur quod gravitas. f. que est finita moueat in eodem tēpōe cum gravitate infinita: quod est impossibile. Est autem attendendum quod sicut non est proportio puncti ad lineam: ita etiam non est proportio instantis ad tēpōs. quia instantis non est pars tēpōis. sic solum ista ratio tolleretur si quis poneret quod gravitas infinita moueret in instanti quod est impossibile. vt probatum est in. 6. phisicorum. s. quod aliquis motus sit in instanti. Deinde cum dicit.

Sed adhuc necesse siquidem in qualicūque tēpōe finito mouet infinita: et aliam in ipso finitam gravitatem mouere quandam finitam.

54. **I**mpossibile igitur infinitas esse gravitatem. Similiter autem et leuitatem et corpora ergo infinitam gravitatem habentia et leuitatem impossibile.

Ostendit quod illud inconueniens sequitur in quocūque tēpōe ponamus gravitatem infinitam mouere. etiam in tēpōe non minimo. et hoc est quod dicit. quod si in qualicūque tēpōe finito: etiam non minimo: gravitas infinita moueret adhuc necesse est quod in ipso tēpōe aliqua gravitas finita moueat per finitum spacium. quia erit accipere excessum gravitatis secundum diminutionem tēpōis vt predictum est. sic igitur patet quod impossibile est esse gravitatem infinitam. et eadem ratio est de leuitate. s. quod impossibile est esse leuitatem infinitam.

Quod quidem igitur non est infinitum corpus: palam per ea que secundum partem speculantibus hoc modo. **Lectio. XIII.**

Ostendit de singulis corporibus naturalibus. quod nullum eorum sit infinitum. hic ostendit cōmuni ratione quod nullum corpus naturale sit infinitum. probatio. n. que est per medium cōmune. perfectiorem scientiam causat. Circa hoc ergo duo facit. primo dicit de quo est intentio. 2. ostendit propositum ibi. Necesse itaque corpus omne esse. Circa primum tria facit. primo ostendit epilogando. quod prius est dictum dicens: quod predicto modo considerantibus. manifestum est quod non est corpus infinitum per ea que sunt secundum partem. i. secundum proprias rationes singularum partium vniversi. s. corporis quod mouetur circulariter. et quod mouetur sursum aut deorsum. **Secundo ibi.**

Et vniuersaliter intendentibus: non solum secundum rationes eas: que in dictis nobis circa principia. Determinatum est enim et ibi vni-

uersaliter prius de infinito quomodo est: et quomodo non est: sed nunc et alio modo.

Ostendit quid immediate restat dicendum. et dicit. quod idem potest esse manifestum si aliquis intendat vniuersaliter. id est per medium cōmune. et hoc non est solum sed illas rationes cōmunes que posite sunt in lib. phisicorum vbi determinatum est de principijs cōmunibus corporum naturalium. In 3. enim phisicorum determinatur vniuersaliter de infinito quomodo sit. et quomodo non sit. ostensus est ibi quod infinitum est in potentia. sed non in actu. Nunc autem determinandum est alio modo de infinito ostendendo. s. vniuersaliter quod nullum corpus sensibile potest esse infinitum in actu. **Tertio ibi.**

Ostendit autem intendendum vtrum si non infinitum quidem corpus quod omne. Sed tamen adhuc tantum quidem vt possint esse plures celi.

55. **F**orte enim vtrique quis hoc dubitabit: quoniam am quemadmodum qui circa nos mundus constitutus est: nihil prohibet et alios esse plures quidem vno: non tamen infinitos. **Primum autem dicamus vniuersaliter de infinito.**

Ostendit quid sit determinandum immediate post ista et dicit. quod postquam ostendimus hoc quod dictum est. intentio nostra erit inquirere: supposito quod totum corpus vniuersi non sit infinitum. vtrum tamen totum corpus sit tante quantitatis: quod possint ex eo esse plures celi. i. plures mundi. Forte enim posset de hoc aliquis dubitare. an sit possibile. quod sicut iste mundus est constitutus circa nos: ita sint alij mundi plures vno. non tamen infiniti. Sed antequam hoc pertractemus: dicemus naturaliter de infinito: ostendendo. s. cōmunibus rationibus quod nullum corpus sit infinitum. **Deinde cum dicit.**

Necesse itaque corpus omne: aut infinitum esse aut finitum: et si infinitum: aut anomerum totum aut omiomerum: et vtrique si anomerum: aut ex finitis speciebus: aut ex infinitis.

Ostendit propositum. et primo per rationes naturales demonstratiuas. scdo per rationes logicas ibi. **Rationabilibus autem etc.** dico autem rationes demonstratiuas et naturales. que sumuntur ex proprijs principijs scientie naturalis. cuius consideratio consistit circa motum. et actionem et passionem: que in motu consistunt vt dicitur in 3. phisicorum. primo ergo ostendit nullum corpus esse infinitum ex parte motus localis. qui est primus. et cōmissus motuum. scdo naturaliter ex parte actionis et passionis ibi. Quod autem omnino impossibile etc. Circa primum duo facit. primo premitit quasdam diuisiones. scdo prosequitur singula membra ibi. **Quod quidem igitur etc.** premitit ergo primo tres diuisiones. quarum prima est quod necesse est omne corpus aut esse finitum aut infinitum. et si quidem sit finitum: habemus propositum. si autem sit infinitum. restat secunda diuisio. s. quod aut sit totum anomerum siue homogenium: id est dissimilium partium. sicut corpus animalis. quod componitur ex carnibus ossibus et nervis. aut est omiomerum siue homogeneum. i. similium partium sicut aqua cuius quelibet pars est aqua. Si vero sit totum dissimilium partium: restat tertia diuisio. vtrum. s. species partium talis corporis sint finite numero: aut infinite. Si ergo probaretur quod non sunt infinite: neque iterum sunt infinite et quod iterum nullum corpus similium partium sit infinitum. probatum est quod nullum corpus vniuersaliter est infinitum. Deinde cum dicit.

56. **Q**uod quidem igitur non possibile est ex in-
57. finitis manifestum: si quis nobis sinat manere
primas ypotheses. Finitis. n. primis motib⁹
entibus necesse est species simplicium corporum
esse finitas: simplex quidem enim qui simplicis
corporis motus. Simples autem finiti mo-
tus sunt. Necesse autem semper motus habe-
re omne corpus physicum.

Probat singula predictorum. et circa hoc tria facit. pri-
mo ostendit quod non est possibile corporis dissimiliu⁹ par-
tium esse infinitas species partiu⁹ eius. secundo ostendit
quod non est possibile esse corpus infinitum dissimiliu⁹ par-
tium. ita quod species partiu⁹ sint finite ibi. Sed tamen siquidem
et. 3^o ostendit quod corpus infinitum non potest esse similitum par-
tium ibi. Sed adhuc neque totum et. primo ostendit quod non est
possibile aliquid corpus infinitum esse si quis permittat ma-
nere in sua veritate primas ypotheses. i. suppositiones. pri-
us factas. i. quod sint sole tres species motuum simpliciu⁹. Si
enim primi motus. i. simplices sunt finiti. necesse est quod spe-
cies corporum simplicium sint finite. et hoc ideo. quia motus
ipsius corporis simplicis est simplex: ut supra habitum est:
dictum est autem supra: quod simplices motus sunt finiti. sunt
n. tres. i. motus qui est ad medium. et motus qui est a medio. et motus
qui est circa medium. Ideo autem oportet quod si motus simplices sunt finiti.
quod corpora simplicia sint finita: quia necesse est quod omne cor-
pus naturale habeat proprium motum. si autem essent in-
finite species corporum motibus existentibus finitis. oportet
teret esse aliquas species corporum que non haberent mo-
tus: quod est impossibile. sic igitur ex hoc quod motus simpli-
ces sunt finiti. sufficienter probatur. quod species corporum
simplicium sint finite. omnia. n. corpora mixta componuntur
ex simplicibus. Unde si esset aliquod totum dissimilium
partiu⁹. quod componeretur ex quocumque speciebus cor-
porum mixtorum: tamen oportet quod species primorum
componentiu⁹ sint finite. Quis etiam hoc non videat pos-
sibile quod finitorum elementorum: diversificentur comixtio-
nes in infinitum: nec tamen aliquid corpus mixtum potest
dici omnium similitum partium: quia si partes eius quantitate
sint siles specie. sicut quilibet pars lapidis est lapis. partes
tamen essentialis eiusdem sunt diverse secundum speciem. componi-
tur. n. substantia corporis mixti ex corporibus simplici-
bus. Deinde cum dicit.

Sed tamen siquidem ex finitis erit infinitum
necesse est partium unamquamque esse infinitam.
Dico autem puta aquam aut ignem: sed impos-
sibile. Ostensum est enim: quoniam neque gra-
uitas: neque leuitas est infinita.

Ostendit quod non est possibile esse corpus infinitum dis-
similiu⁹ partium. ita quod species partiu⁹ sint finite. et ad hoc
inducit quatuor rationes. quarum prima est quod si corpus dis-
similium partium infinitum existens ex partibus finitis
specie componeret: oportet quod quelibet partiu⁹ eius esset
infinita secundum magnitudinem. puta si aliquid corpus mixtum
esset infinitum. elementis existentibus finitis: oportet
aerem esse infinitum aut aquam aut ignem. Sed hoc est im-
possibile. quia cum quodlibet eorum sit graue vel leue: seque-
retur secundum premissa. quod grauitas eius vel leuitas esset infini-
ta. ostensum est autem quod nulla grauitas vel leuitas potest esse
infinita. ergo non est possibile quod corpus infinitum dissimi-
lium partium componatur ex finitis speciebus partium. po-
test autem aliquis obicere quod non sequitur hac ratione fa-
cta quod unaqueque partium sit infinita. esset. n. possibile totum
esse infinitum: una parte existente infinita secundum magnitudinem:

et alius existibus finitis. Sed hoc reprobatum est in
3^o phisicorum. si. n. una pars esset infinita consumeret alias
partes finitas per excessum virtutis. potest tamen dici quod hoc po-
sito sequitur idem inconueniens. i. quod sit grauitas vel leuitas infi-
nita. et ideo de hoc Aristoteles non curauit. Sed ad rationem potest ibi.

Adhuc necessarius infinita magnitudine esse
etiam loca ipsarum. Quare et motus infinitos
esse omnium. Hoc autem impossibile: si pona-
mus veras esse primas ypotheses: et neque quod
deorsum fertur in infinitum contingere fer-
ri: neque quod sursum fertur secundum eandem
rationem. Impossibile. n. fieri quod non con-
tingit factum esse: similiter in tali et tanto et vbi.
Dico autem si impossibile est factum esse albi
aut cubitale: aut in egipto: et fieri aliquid ho-
rum impossibile. Impossibile igitur et ferri il-
luc vbi nullum quod fertur possibile peruenire.

Si. n. partes totius infiniti sunt infinite secundum ma-
gnitudinem. oportet etiam quod loca earum essent infinita secundum
magnitudinem: quia loca oportet esse equalia locatis: sed motus mensu-
ratur secundum magnitudinem loci in quem pertransit ut patet in 6.
phisicorum. ergo sequitur quod motus omnium partium harum sint infiniti.
sed hoc est impossibile si sint vera ea que supra supposuimus. i. si
quod non uenit aliquid moueri deorsum in infinitum: neque etiam
sursum: quia deorsum est determinatum cum sit medium: et eadem
ratione sursum est determinatum. Si. n. unum horum est deter-
minatum. et aliud. Et hoc etiam hic ostendit per id quod est contra omnibus
motibus: videmus. n. in transmutatione que est secundum subiecta quod impos-
sibile est id fieri. quod non potest esse factum. sicut non potest fieri affi-
nis rationalis. quia impossibile est asinum esse tale: et sile est in tali
i. in motu que est secundum locum. Si. n. impossibile est quod aliquid nigru⁹ sit
factum albu⁹: sicut coru⁹ impossibile est quod fiat albu⁹. Et si aliquid im-
possibile est quod sit formica. impossibile est quod ad hunc moueatur. et si
impossibile est quod aliquid sit in egipto: puta danubi⁹. impossibile
est quod ad id moueatur. Et huius ratio est. quia nam nihil facit frustra.
esset autem frustra si moueret ad id ad quod est impossibile pueni-
re. sic igitur impossibile est quod aliquid moueatur localiter ad illud ad
quod non potest puenire. Non est autem pertransire locum infinitum. Si igitur
loca essent infinita. nullus esset motus: quod cum sit impossibile. non
potest esse quod partes corporis infiniti dissimiliu⁹ partiu⁹. sint infinite
in magnitudine. Tertiam rationem ponit ibi.

Adhuc si et discreta sunt: nihil minus contin-
get utique ex omnibus ignem infinitum esse.

Posset. n. alius dicere quod non est unum primum infinitum. sicut quod
partes discrete. i. distincte. et non continue infinite: sicut democritus
posuit infinita corpora indiuisibilia. et sic anaxagoras posuit in-
finitas partes siles: ipse dicit quod ex hac parte nihil minus se-
quitur inconueniens: si sint infinite partes ignis non continue: ni-
hil prohibet illas oes coniungi. et sic fieri ex omnibus unum
ignem infinitum. Quartam rationem ponit ibi.

Sed corpus erit undique distensiones habens.

Itaque quomodo possibile est plura quidem
dissimilia: unumquodque autem eorum infinitum esse:
undique. n. unumquodque oportet infinitum esse.

Cum. n. aliquid dicitur esse infinitum: oportet quod infi-
nitum accipiatur secundum propriam eius rationem. puta si dica-
mus lineam esse infinitam intelligemus quod sit infinita secundum
longitudinem. superficies secundum longitudinem et latitudinem.
Corpus autem secundum longitudinem latitudinem et profunditatem
Corpus. n. distenditur ad omnem partem. quia habet omnes di-
mensiones. ut supra dictum est. Et sic si corpus dicatur in-
finitum: oportet quod sit infinitum ad omnem partem. et ita ex nul-

la parte erit aliquid extra ipsum. Non ergo est possibile. q̄ in corpore infinito sint plura dissimilia: quorum vnū quodq̄ sit infinitum: quia non est possibile esse plura infinita fm̄ predicta. Deinde cum dicit.

60. **C** Sed adhuc neq̄ totum omniomerum contingit infinitum esse. Primum quidem enim non est alius preter istos motus. Dabebit igitur vnum horum: si autem hoc accidet aut grauitatem infinitam aut leuitatem esse infinitam. Sed adhuc nō possibile corpus quod circūferatur. Impossibile enim infinitum circūferri. Nihil enim differt hoc dicere q̄ celum dicere infinitum esse. Hoc autem ostensum est quod nō est possibile.

62. **C** Sed adhuc neq̄ omnino infinitum contingit moueri: aut enim secundū naturam mouebitur: aut violentia: et siquidem violentia: est ipsi et qui secundum naturam. Quare et locus alius equalis in quem fertur: hoc autem impossibile.

Ostendit q̄ corpus infinitum non potest esse similiū partium: et hoc duabus rationibus. quarum prima est qz cuiuslibet corporis naturalis oportet esse aliquem motū localem. non est autem alius motus preter istos qui supra dicti sunt. quorum. s. vnus est circa medium. alius a medio. et tertius ad medium: sequitur ergo q̄ habeat vnum istorum motuum: sed hoc est impossibile: quia si moueatur sursum vel deorsum. erit graue vel leue. et ita accidet grauitatem et leuitatem esse infinitam: quod est impossibile fm̄ premissa supra. et nō est possibile q̄ moueatur circulariter. qz est impossibile infinitum circūferri. nihil enim differt hoc dicere q̄ si dicatur celum infinitum. quod est impossibile. vt supra ostensum est. non ergo contingit totum corpus infinitum esse omogeneū. **S**ecūda ratio nem ponit ibi. Sed adhuc neq̄ omnino rē. que sequitur ex cōmuni ratione motus localis. si. n. sit corpus similiū partium infinitum: sequitur q̄ nullo modo possit moueri. qz si moueretur aut mouebitur fm̄ naturam aut fz violentiam. Si autem sit ei aliquis motus violentus. sequitur q̄ etiam sit ei aliquis motus naturalis. qz motus violentus contrariatur motui naturali vt supra habitus est. Si autem aliquis sit ei motus naturalis. sequit̄ q̄ sit etiā aliquis locus equalis sibi. in quem naturaliter fertur. qz motus naturalis est eius quod fertur in proprium locum hoc autem est impossibile: quia sequeretur q̄ sint duo corporalia loca infinita. qd̄ est eque impossibile sicut q̄ corpus infinitum moueatur. Si ergo omne corpus naturale mouetur: sequitur q̄ nullum corpus naturale sit infinitum. Est tamen attendendum q̄ hec ratio non procedit nisi de motu recto. Nam id quod mouetur circulariter non mutat totum locum subiecto. sed solum ratione vt probatur. in. 6. phisicorum. sed q̄ corpus infinitum nō possit moueri circulariter supra multipliciter est ostensum.

63. **Q**uod autem omnino impossibile infinitū a finito pati aliquid: aut facere finitum: ex his manifestum. Sit enim infinitum in quo. a. finitum autem in quo. b. Tempus autem in quo mouit aliquid aut motum est. g. Si itaq̄ a. b. a. calefactum est: aut latum est: aut aliud aliquid passum est: aut et quodcunq̄ motum est in tempore in quo. g. Sit. d. eo quod ē. b.

minus et minus in equali tempore minus moueat. Sit autem quod in quo. e. ab eo quod. d. alteratum. Quod itaq̄ est. d. ad. b. e. erit ad finitum aliquid puta. f. **S**it itaq̄ equale quidem in equali tempore: equale alterans: minus autem in equali minus. Adhuc autem maius. Tantum autem quantum analogum erit quodcunq̄ maius ad minus. Non igitur infinitum a nullo finito mouebitur in nullo tempore. Adhuc enim aliud in equali a minori mouebitur: ad quod quidem analogum finitum erit. Infinitum enim ad finitum in nulla proportione est. **Lectio. XIII.**




Postquam phisicus ostendit q̄ non est infinitum corpus ratione accepta ex parte motus localis. hic ostendit idem cōmuniōri ratione. que. s. accipitur a motu in cōmuni siue ex actione vel passione que concomitatur omnem motum. Et circa hoc tria facit primo proponit qd̄ intendit. 2^o probat propositū ibi. Sit. n. infinitū rē. 3^o excludit quādam obiectiōem ibi. Sed tñ. et quecūq̄ rē. Dicit ḡ p̄ q̄ ex his q̄ sequunt̄ manifestū est q̄ corpus infinitū nō soluz nō pot̄ moueri localiter. sed q̄ vniuersaliter non potest aut pati aut agere aliquid in corpus finitum. Deinde cum dicit. Sit. n. infinitum rē. probat nullum corpus sensibile esse infinitum tali ratione. Nullum corpus infinitum habet virtutem actiuam aut passiuā dicit vtrancq̄: sed omne corpus sensibile habet virtutem actiuam. aut passiuam. aut vtrancq̄. ergo nullum corpus sensibile est infinitū. Circa hoc ergo duo facit. primo probat maiore. 2^o ponit minore. et conclusiōem ibi. Si igit̄ omne corp^o rē. Circa p̄^m duo facit. primo pponit quod intendit. et dicit manifestū esse ex his que dicentur q̄ non solum impossibile est infinitum moueri localiter. sed vniuersaliter est impossibile infinitū pati aliquid. vel etiam agere in aliq̄ corpus finitū. **S**ecundo ibi. Sit. n. infinitum rē. probat propositum et p̄mo ostendit q̄ infinitum non patitur a finito. 2^o ostendit q̄ finitum non patitur ab infinito ibi. Neq̄ vtiq̄ infinitum rē. dicit ergo primo q̄ si corpus infinitum patitur a finito: sit corpus infinitum in quo est. a. corpus autem finitū in quo est. b. et quia omnis motus est in tempore. sit tempus g. in quo. b. mouit a. aut a. motū est. Si ergo ponam^o q̄ a. quod est corpus infinitum a. b. quod est corpus finitum sit alteratum. puta calefactum. aut latum id est motum secundum locum: aut aliquid passum: puta in frigidatum aut humectatum: aut quocunq̄ modo motū in tempore g. accipiamus vnam partem b. mouentis. que sit d. et nihil refert ad propositum si. d. esset quoddam aliud corpus minus q̄. b. manifestum est q̄ minus corpus mouet minus mobile in equali tempore. hoc tamen supposito q̄ in minori corpore sit minor virtus. quod oportet esse. si sit corpus similiū partium. minor autem virtus in equali tempore mouet minus mobile. sit ergo corpus. e. quod alteratur aut qualitercunq̄ mouetur a. d. in tempore. g. ita q̄ intelligamus corpus. e. esse partem totius infiniti quod est. a. sed quia rāz. d. q̄. b. est finitum. et quorumlibet duorum finitorum corporum. est aliqua proportio adinuicem. fm̄ illam proportionem quam habet. d. ad. b. accipiat̄ proportio corporis. e. ad quodcunq̄ corpus maius finitum. puta q̄ sit. f. hac igitur positione facta ponit quasdam suppositiones. quarum prima est q̄ alterans eque in magnitudine et virtute. in equali tpe alterat eque corp^o. **S**ecūda est q̄ minus corpus alterans in equali tempore al

60. 64.

terabit minus. ita. f. q. tantu erit corp^o motu min^o altero corpore moto: q^o tantu erit analogum quodcumq^o maius. g. ad minus: id est q^o tra est proportio excessus maioris cor poris mouentis ad minus. Ex premissis igitur concludit q^o infinitu a nullo finito potest moueri fm quodcumq^o tempus. qz aliquid minus q^o infinitu mouebitur in equa li tempore ab illo minori q^o sit corpus mouens infinitu. .s.e. qd est minus q^o. a. mouebitur a. d. quod est minus q^o b. fm premissa. Id autem quod est analogu ad. e. i. in ea dem proportione. se habens ad. e. sicut. b. ad. d. est quod dam finitu: no. n. potest dici q^o ipsum infinitu qd est. a. se habeat ad. e. sicut b. se habet ad d. quia infinitu ad fi nitum nullam proportionem h^o. supposito aut^o q^o aliqd finitu se habeat ad. e. sicut. b. ad. d. erit comutatim di cere. q^o sicut. d. se habet ad. e. ita. b. se habet ad illud fini tum Sed. d. mouet. e. in tempore. g. ergo. b. mouet finitu in tempore. g. sed in hoc tempore positu est. b. mouere. a. ergo finitu in tempore eodem. mouebit finitu z in finitu. Deinde cum dicit.

65. **C** Sed adhuc neq^o infinitu in nullo tempo re mouebit finitu. Sit eniz in quo. a. infini tum. b. vero finitu tempus in quo. g. Igitur d. in g. minus eo qd est b. mouebit: sit 3. Qd itaq^o est b. z 3. totum ad 3. e. sit habens eand^e proportionem ad d. mouebit igitur e. b. 3. in g. Infinitu igitur z finitu in equali tempore alterabit: sed impossibile. In minori. n. qd mi nus supponebatur: sed semper sumptum tem pus idem faciet. Quare non erit tempus: ne q^o vnum in quo mouebit.

C Probat q^o infinitu corpus non mouet corpus fini tum in aliquo tempore. z primo ostendit q^o no mouet in tempore finito. secundo q^o non mouet in tempore infini to ibi. Sed adhuc infinito z. dicit igit^o primo q^o neq^o eti am corpus infinitu mouebit corpus finitu in nullo te pore. s. determinato. Si. n. detur contrarium. sit corpus in finitu in quo est a. corpus vero finitu qd ab eo moue tur. sit. b. vt. b. 3. tempus aut^o in quo mouetur. sit g. d. aut sit quedam pars finita corporis infiniti quod est. a. Et qz minus in equali tempore minus mouet. consequens est q^o corpus finitu. in g. d. tempore moueat minus corpus eo quod est. b. z sit id minus. 3. que est pars eius: qz igitur totum. b. 3. habet aliquam proportionem a. 3. accipiatur q^o sicut totum b. 3. se habet ad. 3. ita. e. se habet ad. d. quorum vterq^o est pars finiti. ergo comutatim que est p portio. d. ad. 3. eadem est proportio. e. ad. b. 3. sed. d. mouet 3. in. g. tempore. ergo si in hoc tepore. b. 3. mouebatur ab a. corpore infinito: sequitur q^o infinitu z finitu moue ant in eodem tempore vnu; z idem mobile. sic igitur im possibile est q^o finitu moueatur ab infinito in tempore g. Et idem sequitur. quodcumq^o aliud tempus finitu su matur. nullum ergo tempus finitu est dare in quo infi nitu moueat finitu. Deinde cum dicit.



C Sed adhuc in infinito tempore non est mo uisse: neq^o motum esse: finem. n. no habet. Fa

ctio autem z passio habent.

C Ostendit q^o neq^o hoc potest esse in tempore infinito. non. n. contingit q^o in tempore infinito aliquid mouerit vel motum sit. qz tempus infinitu non habet finem: omnis autem actio vel passio habet finem. nihil eni agit vel patitur. nisi vt perueniat ad aliquem finem. Relin quitur ergo q^o infinitu non moueat finitu in tempo re infinito. Deinde cum dicit.

C Neq^o infinitu vtiq^o ab infinito contingit nihil pati: sit enim a. infinitu z b. Tempus autem in quo passum est. b. ab. a. in quo. g. d. Quod autem in quo e. infiniti pars. quia totu b. passum est non in equali tempore hoc ipsu mouetur. Supponebatur. n. in minori tevo re moueri minus. Sit. n. motu ab a. in d. Qd itaq^o d. ad g. d. est ad aliquid eius quod est. b. finitu hoc igitur necesse ab a. motum esse in g. d. tempore: ab eodem. n. supponatur in plu ri z minori tempore maius z minus pati que cuq^o proportionabiliter tempori diuisua sit.

C In nullo igitur tempore finito possibile in C5 finitu ab infinito motu esse in infinito igitur. 67. Sed infinitu tempus non habet finem. Qd autem motum est habet.

C Probat q^o infinitu non moueat infinitu. z dicit q^o infinitu non contingit aliquid pati ab infinito fm qua cunq^o speciem motus. Alioquin sit corpus infinitu ag^o in quo est a. z corpus infinitu patiens in quo est. b. tem pus autem in quo. b. passum est ab a. sit. d. g. sit autem. e. pars infiniti mobilis: quod est. b. qz ergo totum. b. passu est ab a. in toto tempore qd est d. g. manifestum est q^o. e. quod est pars eius: non mouetur in toto hoc tepore. opoz tet. n. supponere q^o ab eode mouente minus mobile mo ueatur in minori tempore. q^o to. n. mobile magis vincitur a mouente: tanto velocius mouetur ab ipso. sit ergo q^o. e. quod est minus q^o. b. moueatur ab. a. in tempore d. quod est pars totius temporis g. d. d. aut^o ad. g. d. est aliqua p portioatio cum vtrunq^o sit finitu. Accipimus autem q^o eandem proportionem habeat. e. ad aliqua partes ipsi us mobilis infiniti maiorem: q^o. f. d. habet ad g. d. sit ergo istud infinitu maius q^o. e. necesse est q^o moueatur ab a. in. g. d. tempore. oportet. n. supponere q^o ab eodem moue te moueatur maius z minus mobile in maiori z minori tempore: ita q^o sit diuisio mobilium. fm proportionem temporum: quia igitur proportio illius finiti ad. e. est si cut proportio totius temporis. g. d. ad d. oportet comuta tim dicere q^o proportio totius temporis g. d. ad illud mo bile finitu maius: sit sicut proportio temporis. d. ad mo bile. e. sed. e. mouetur ab. a. in tempore. d. ergo illud fini tum maius mouebitur ab. a. in tempore g. d. z sic in eode tempore mouebitur finitu z infinitu. quod est impos sibile. z idem inconueniens sequitur quodcumq^o tempus infinitu accipiatur: sic igitur impossibile est q^o infinitu moueatur ab infinito in tempore finito. Relinquitur igitur si moueatur. q^o moueatur in infinito tempore. sed hoc est impossibile. vt supra ostensum est: quia infinitu non habet finem. omne autem quod mouetur: habet finem quia z si rotus motus celi non haberet finem. vna tamen circulatio habet finem Sic igitur manifestum est q^o in finitu non habet virtutem actiuam neq^o passiuam. De inde cum dicit.

C5. 66.

65. **C** Si igitur omne corp⁹ sensibile habet virtu-
tem actiuā et passiuā: aut ambo: impossibile
68. corpus infinitū sensibile esse.

C Assumpta minori infert conclusiones dicēs. q^o omne
corpus sensibile habet virtutē actiuā aut passiuā. aut
vtrūq^{ue}. dicit^{ur} autē corpus sensibile ad differentias corpo-
ris mathematici: ita q^o corp⁹ sensibile dicatur omne cor-
pus naturale: quod inquantū huiusmodi: natum est mo-
uere et moueri. sic ergo concludit q^o impossibile est aliq^{uod}
corpus sensibile esse infinitum. Deinde cum dicit.

69. **C** Sed tamen et quecūq^{ue} quidē corpora in lo-
co oīa sensibilia. Non est igitur corpus infini-
tum extra celū neq^{ue} vnū: neq^{ue} simpliciter: ne-
q^{ue} scđm quid nūm. Igitur oīno corpus extra
celum nullū. Si qdem. n. intellectuale erit in
loco: si verō sensibile erit in tempore: extra. n.
et intra locū significant. Itaq^{ue} erit et sensibile.
Sensibile autē nullū nō ens in loco.

C Excludit quādā obiectiones: quia posset aliquis dice-
re q^o sit aliq^{uod} corpus extra celum intelligibile quod sit in
finitum. et dicit q^o oīa corpora que sunt in celo sunt sensi-
bilia. nō. n. sunt corpora mathematica: q^{ia} talibus non de-
betur locus nisi secundū metaphoram vt dicit^{ur} in primo
de generatione. locus. n. nō querit nisi ppter motū vt di-
citur in. 4. phicoz. non autē mouent nisi corpora sensibi-
lia et naturalia. nam mathematica sunt extra motum: sic
igitur manifestū est q^o quecūq^{ue} corpora sunt in loco: sūt
sensibilia: et ex hoc concludit q^o corpus infinitū nō sit extra
celum neq^{ue} simpliciter. s. corpus infinitum neq^{ue} fm quid
vel vsum ad aliqd. i. corp⁹ finitū. cū. n. corpus omne sit fi-
nitū vel infinitū. sequitur q^o nullū oīno corpus sit extra
celum: q^{ia} si dicat^{ur} q^o sit intellectuale: sequitur q^o sit in lo-
co. ex quo ponitur extra celum. extra. n. et intra significāt
locus: sic igitur relinquit^{ur} q^o si aliquod corpus sit extra ce-
lum finitū vel infinitum: q^o sit sensibile: eo q^o nullum sen-
sibile corpus est q^o nō sit in loco: q^{ia} etiam celum quodā
modo est in loco vt patet in. 4. phicoz. manifestū est au-
tem fm hoc vniuersaliter. q^o nullum corpus intelligibi-
le: neq^{ue} finitū neq^{ue} infinitū est extra celum: q^{ia} extra signi-
ficat locum. Nihil autē est in loco: nisi corpus sensibile.
manifestum est etiam. q^o nullum corpus infinitum sensi-
bile est extra celum. ostensum est. n. supra. q^o nullum cor-
pus sensibile est infinitum. Quā autē corpus sensibile finitū
sit extra celum: non videtur hic probari sed supponi: nisi
forte per hoc. q^o omne corpus sensibile est in loco: omnia
autem loca continentur infra celū. que determinantur
tribus motibus localib⁹ supra positis. s. qui sunt circa me-
dium: a medio et ad medium.

70. **R**ationabilius autem est conari et
sic. Neq^{ue}. n. in circuitu possibile ē
moueri infinitū omniomē ens.
Abditū quidē. n. infiniti non est.
Quod autē in circuitu circa medi-
um mouet. Sed et neq^{ue} in rectū possibile est
ferri infinitū. Oportebit. n. alterū esse tm locū
infinitum: in quē fertur scđm naturam: et aliū

Rtm: in quē preter naturā. **Lecc. XV.**
Ostēdit^{ur} phus ostēdit nullū eē corp⁹ infinitū ra-
tionibus phicis. i. que sumunt^{ur} ex principis
scientie naturalis: hic ostēdit idem rationib⁹
logicis. i. que sumunt^{ur} ex aliquibus colorib⁹

bus principis. vel aliquibus probabilibus et non necessa-
rius: et hoc est q^o dicit^{ur} est. i. contingit conari ad propositū
ostendendum rōnabilius. i. per viam logicā sic. s. fm ra-
tiones sequentes. vnde alia littera planior est que sic ha-
bet. Magis autem logice argumentari et. Sic primo au-
tem ostēdit propositū de corp⁹ in finito continuo. 2^o de nō cō-
tinuo ibi. Sit autē nō continuo et. Circa p^o duo facit. primo
ostēdit q^o corpus infinitū similiū partiū exis nō pōt moue-
ri circulariter: q^o q^{uod} probat p hoc q^o infiniti nō est aliq^{uod}
mediū sicut nec extremū. motus autē circularis est circa
mediū: vt supra habitū est. ergo et. 2^o ostēdit trib⁹ rōnibus
q^o nō est possibile. q^o tale corp⁹ infinitū motu recto mouea-
tur. quāz p^oma talis est. Omne corp⁹ q^o mouet^{ur} motu re-
cto: pōt moueri nāliter et p violētā. Quicqd autē mouet^{ur} p
violētā hz aliq^{uod} locū i quē mouet^{ur} violēter: et omne q^o
mouet^{ur} nāliter. hz aliq^{uod} locū in quē mouet^{ur} nāliter. loc⁹
autē oīs est eqlis locato: sic g^o sequet^{ur} q^o sint duo loca tāta:
q^{uod} est corp⁹ infinitū: in quoz vnū mouet^{ur} violēter et in
aliū nāliter. h^o autē est impossibile. s. q^o sint duo loca infinita
sicut et q^o sint duo infinita corpa: vt supra habitū est. Re-
linquit^{ur} ergo q^o nullū corp⁹ nāle sit infinitū. Uide^{re} autē
vtiq^{ue} ratio logica eē q^o pcedit ex eo q^o ptingit corpori infi-
nito inq^{uod} est infinitū. siue sit mathematicū. siue sit nāle
. s. habere mediū. et nō habere aliqd equale extra se. supra
aut posuit aliqua silia sed non tanq^{ue} principalia sed tanq^{ue}
assumpta ad manifestationē alioz. Scđaz rōnē pōt ibi.

C Adhuc siue natura habet motū eius q^o in
rectum: siue violentia mouetur. **U**troq^{ue} mo-
do oportebit infinitū esse mouentē potentiaz.
Que. n. infiniti infinita et infiniti infinita virt⁹.
Quare erit et mouens infinitū. **R**atio autem
in his que de motu q^o nullū habet infinitā vir-
tutem finitoy: neq^{ue} infinitam finitā. Si igitur
scđm naturā et preter naturā contingit mo-
ueri: erunt duo infinita: quod quidem mouēs
sic et quod mouetur.

C Ratio talis est siue dicat^{ur} q^o corpus infinitū moueat^{ur}
motu recto naturaliter: siue per violentiā siue vtroq^{ue} mo-
do: oportet dicere q^o sit potentia mouēs corpus infinitū.
ostensum est. n. in. 6. et 8. phicoz q^o omne quod moue-
tur: ab alio mouet^{ur}: non solum in his que mouentur p vio-
lentiam: de quibus magis est manifestū: sed etiam in his
que mouentur naturaliter. sicut corpora graua et leua
mouentur a generāte: vel remouente prohibens: cum au-
tem fortius nō moueat a debilioz: impossibile est q^o infi-
nitū cuius virtus infinita: moueatur a potentia finita mo-
uentis. vnde relinquit^{ur} q^o oportet potentia mouentis esse
infinitā. Manifestū est autē. q^o si potentia sit infinita erit
rei infinite et eōuerso si corpus infinitū est: oportet q^o vir-
tus sit infinita: si ergo est corpus infinitū q^o mouetur. ne-
cesse est q^o corp⁹ mouēs sit et infinitū. probatū est. n. in his
que de motu. i. in. 8. phicoz. q^o nullum finitoy hz virtutē
infinitā: nec aliq^{uod} finitoy habet virtutē finitā: sic igi-
tur patet: q^o si sit corpus infinitum q^o mouet^{ur} motu recto:
oportet q^o moueatur a corpore infinito. si ergo ponamus
q^o corpus infinitum cōtingit moueri. et fm naturā et pre-
ter naturā. s. l^o continget fm vtrūq^{ue} modum: q^o sint duo
infinita. s. illud quod mouet sic: idest naturaliter vel vio-
lenter: et aliud quod mouetur. hoc autem est impossibile
q^o sint duo corpora infinita. vt supra ostensum est. ergo
non est possibile esse corpus infinitum quod moueatur
motu recto: hec etiam ratio logica est: q^{ia} procedit ex com-
muni proprietate infiniti corporis. quod. s. non habeat ex-
tra se aliud corpus equale. potest autem ex hac ratione

concludi non solum q̄ sint duo infinita sed plura. Nam si corpus infinitū mouet̄ nāliter corpus nāliter ipsuz mo- uēs erit infinitū. q̄ q̄ 2̄tingit ipsuz moueri violēter. corp⁹ q̄d mouet ipsuz violēter erit infinitū q̄ sic erunt tria infi- nita. Rursus q̄ motus qui est violentus vni est natura- lis alteri. vt supra dictum est: sequit̄ q̄ etiā sit aliud cor- pus infinitū quod naturaliter hoc modo moueat̄ a vir- tute infinita. Terciaz rationē ponit ibi.

75. **¶** Adhuc mouens quod infinitū aliquid est: si q̄dem. n. ipsuz seipsuz: animatū erit. Hoc au- tem q̄no possibile infinituz esse animal. Si au- tem aliud aliquid mouens: duo erunt infinita q̄ mouens q̄ q̄d mouetur: differētia sc̄dm for- mam q̄ virtutem.

76. **¶** Et hec quidez ratio inducitur. ad excludendū obuia- tionem quandā ad predictā rationez. posset. n. aliquis di- cere q̄ corpus infinitū mouet̄ naturaliter nō quidez ab alio sed a seipso sicut aīalia dicunt̄ seip̄a mouere. q̄ sic nō sequit̄ esse duo corpora infinita: q̄d premissa ratio cōclu- debat: q̄ ideo proponit q̄ necesse est dicere si sit corp⁹ in- finitū: q̄ mouēs ipsuz sit aliqd aliud: q̄ si moueret seip̄z eēt aīatum. hoc. n. est propriū animalū q̄ seip̄a moueat̄ si ergo corp⁹ infinitum sit mouens seipsuz: sequitur q̄ sit animal infinitū: sed hoc nō videtur esse possibile: q̄ omne animal habet determinatā figurā q̄ determinatā propo- tionem partiū ad totū q̄ nō cōpetit infinito: sic igitur nō pōt dici q̄ infinitū moueat̄ seipsum. Si autē dicatur q̄ aliquid aliud moueat̄ ipsuz: sequit̄ q̄ sint duo infinita. s. mouens. q̄ quod mouet̄. q̄ ex hoc sequit̄ q̄ differunt fm̄ speciē. q̄ virtutez q̄ mouens cōparatur ad mobile. sicut actus ad potentiam. hoc autem est impossibile sicut prius dictum est. Deinde cum dicit.

77. **¶** Si autem non 2̄tinuū totuz: sed quēadmo- duz dicit democritus q̄ leucippus determina- tum vacuo: vnū necessariū esse omnīū motuz. Determinata sunt q̄dez igitur figuris. Naturā autē esse dicunt ipsoz vnā: quēadmodū si aurum vnūquodq̄ sit segregatū. Hoz autēz quēadmodū dicimus necessariū esse eundem motum. Vbi. n. vnus bolus: q̄ tota terra fert̄: q̄ totus q̄dez ignis q̄ scintilla in eundē locum. Quare neq̄ leue simpliciter nullū erit corp⁹z si omnia habēt grauitatem. Si autē leuitatez graue nullum erit.

¶ Ostendit nō esse infinitū nō cōtinuū sed distinctuz p̄ interpositionē vacui. sicut posuerunt democritus q̄ leu- cippus. Et hoc ostēdit trib⁹ rōnib⁹: circa quaz primā dicit. q̄ si infinitū nō sit vnū totuz 2̄tinuū: sed sicut dicunt de- mocritus q̄ leucipp⁹ q̄ distinguat̄ vacuo intermedio. po- nebāt. n. q̄ corpora indiuisibilia nō pōt inuicem coniun- gi. nisi vacuo mediante s̄z aut hoz pōnē sequit̄ q̄ nece- sse sit oīuz eē vnū motū. dicebāt. n. q̄ ista corpa indiuisibilia infinita sint determinata. i. distincta adinuicē solūmodo per figuras: inq̄tum. s. vnum eozuz est pyramidale: aliud s̄pericum aliud cubicū. q̄ sic de alijs. q̄ tamen dicūt natu- ram oīuz eozuz esse vnā: sicut si quis dicat q̄ vnūquodq̄ eoz per se sepatū sit de nā auri: si autē eoz est vna nā: ne- cesse est q̄ sit vnus q̄dez motus eoz nō obstante q̄ sunt minime partes corp⁹z: q̄ ideo est motus totius q̄ partis sicut totius terre. q̄ vnus boli. i. vnus particule: q̄ totius ignis: q̄ vnus scintille. Si ergo oīa sunt eiusdem nature: q̄ habent eundem motum: aut oīa mouentur deorsum.

quasi habentia grauitatem: q̄ sic nullum corpus erit sim- pliciter leue: cū oīa corpora dicant̄ esse ex his composita aut oīa mouent̄ sursuz quasi hñtia leuitatez. q̄ sic nullum corp⁹ erit graue: q̄d est impossibile. Sc̄dm rōnē ponit ibi.

78. **¶** Adhuc si grauitatem habet aut leuitatem: erit aut extremū aliqd totius: aut mediū. Hoc autēz impossibile: infinito ente. Totaliterq̄z vbi nō est mediū: neq̄ extremū: neq̄ hoc q̄dem sursum: hoc autē deorsuz. Nullusq̄ locus erit corporibus latēis. Hoc autē non existente: mo- tus nō erit. Necesse. n. moueri aut secundū na- turā aut p̄ter naturā. Hec autē determinata sunt locis proprijs q̄ alienis.

¶ Et hec talis est. omne corp⁹ graue mouet̄ ad mediū: omne autem corpus leue mouet̄ ad extremum. si ergo aliqd vel quodlibet predictoz indiuisibiliū corporuz ha- beret grauitatem aut leuitatem: sequeret̄ q̄ totius spa- cy cōtenti ex indiuisibilib⁹ corporibus: q̄ vacuis interme- dy sit aliqd extremū aut mediū: sed hoc est impos- sibile cum totum istud spacium sit infinitum. Relinquit̄ tur ergo hanc positionē esse impossibilez. Et q̄ hec ratio valet ad destruenduz infinitum qualitercūq̄ infinitum ponat̄. siue sicut continuū siue sicut non cōtinuum. Ideo hanc eandē vltērius ponit cū subdit. Totaliterq̄z. q̄ dicit q̄ vniuersaliter possumus dicere. q̄ vbi nō est mediū q̄ extremum. ibi nō est sursuz: q̄d est extremū neq̄ deor- sum quod est mediū: q̄b⁹ subiectis nullus locus erit quo corpora ferant̄ motu recto. ferunt̄. n. sursuz. vel deorsuz sublato autem loco nullus erit motus. q̄ omne q̄d moue- tur necesse est moueri aut fm̄ naturā aut p̄ter naturā. q̄d quidē determinat̄ per loca pp̄ia q̄ aliena. Nam mo- tus naturales dicunt̄ q̄bus corpora mouent̄ ad loca pro- pria. motus autē violenti dicunt̄: quibus mouent̄ ad loca aliena. hoc autem est impossibile q̄ motus auferat̄ a cor- porib⁹. q̄ impossibile ē ponere infinitū. Tercia rōnē pōit ibi.

79. **¶** Adhuc si vbi p̄ter naturāz aliquid manet̄ aut fert̄: necesse cuiusdā esse alterius hunc mo- tum secundū naturā. Hoc autē credibile ex idu- ctione. Necesse igit̄ neq̄ oīa grauitatē habere aut leuitatē: sed hoc q̄dez: hoc autē nō. Quod q̄dem igit̄ non est corpus omnino infinitum: ex his manifestum.

¶ Dicit q̄ motus ad quē mouet̄ aliquid p̄ter naturāz vlt̄ in quo quiescit p̄ter naturā: necesse est q̄ sit cuiusdā alterius fm̄ naturā ad quē. s. naturaliter mouet̄. q̄ in quo naturaliter quiescat. q̄ hoc credibile fit ex inductiōe. Nā terra mouet̄ sursuz p̄ter nām: ignis vero s̄z nāz. q̄ ecōuer- so ignis deorsuz p̄ter naturā: terra vero fm̄ naturā: vide- mus autē quedā moueri deorsum. q̄ quedā sursum: si autē ista que mouentur sursum. mouēt̄ p̄ter naturā: opoz- tebit dicere aliqua alia esse que mouent̄ sursum fm̄ natu- ram: similiter si ponatur q̄ ea que mouent̄ deorsum: mo- uent̄ p̄ter naturā: necesse est ponere alia que mouent̄ deorsum fm̄ naturā. Unde non oīa habent grauitatem. neq̄ oīa hñt leuitatē fm̄ positionem predictā: sed hec q̄- dem habent grauitatez q̄ naturaliter mouent̄ deorsum. hec autē non que naturaliter mouent̄ sursuz. **¶** Ultimo autē epilogando cōcludit manifestuz esse ex predictis. q̄ oīno nō est corpus infinitum. s. infinitum continuum: ne- q̄ infinitum distinctum per interpositionem vacui. dicit̄ tur autem he vlt̄ime rationes logice: q̄ procedunt ex q̄- busdam probabilibus nondum plene probatis.

L6.
76.

Quia autem neque plures possibile est esse celos dicimus. Hoc enim dicebamus intendendum: si quis non putat uniuersaliter ostensus esse de corporibus quod impossibile est esse extra mundum, scilicet de quocumque corpore: sed solum in infinito positus dicta esse ratione.



Quod philosophus ostendit quod uniuersus non est infinitum magnitudine: hic ostendit quod non sunt plures mundi numero neque quod sint infiniti, et primo dicit de quo est intentio, et exequitur propositum ibi. Dicit enim et manet et dicit ergo primo: quod quod ostensus est quod corpus totius uniuersi non est infinitum: restat dicendum quod non est possibile esse plures celos, id est plures mundos. Ita enim supra diximus quod de hoc erat intendendum. Est autem considerandum quod supra philosophus fecit mentionem quod extra celum non est aliquid corpus neque finitum neque infinitum, ex quo sequitur quod non est alius mundus preter istum, et non aliquid corpus extra celum, et ideo si sufficiens esset supra probatum quod extra celum non sit aliquid corpus neque finitum neque infinitum: nihil restaret probandum: sed si quis non putat quod in superioribus sit ostensum uniuersaliter de corporibus: quod impossibile sit quodcumque corpus esse extra mundum: sed solum quod ratio supra sit inducta de corporibus que ponuntur esse infinita. secundum hoc adhuc restat videndum an sit possibile esse plures celos siue plures mundos. Deinde cum dicit.

Omnia enim et manent et moventur secundum naturam et violentiam: et secundum naturam quidem in quo manent non violentiam: et feruntur: et in quibus feruntur et manent. In quo autem violentiam et feruntur violentiam et in quem violentiam feruntur: violentiam et manent. Adhuc si violentiam ista latio contraria secundum naturam.

L6.
77.

Probat propositum: et primo ostendit quod tamen est unus mundus et inquit an possibile sit esse plures mundos ibi. Quod autem non solum unus, circa primum duo facit: primo ostendit esse tamen unum mundum ratione supra ex inferioribus corporibus ex quibus omnes ponebant mundum existere, et ostendit idem conueniens esse ex utrisque corporibus: tam inferioribus quam celestibus ibi. Adhuc autem et per eas et. Circa primum duo facit: primo inducit rationes ad propositum ostendendum, et probat quoddam quod supponerat ibi. Quod autem est aliquid et. Circa primum ponit tres rationes, secunda incipit ibi. Adhuc necesse et, tertia ibi. Sed adhuc et. Circa primum duo facit, primo premitit tres suppositiones: quarum prima est: quod omnia corpora quiescunt et moventur tam secundum naturam quam etiam secundum violentiam quod quidem habet veritatem in corporibus inferioribus, que cum sint generabilia et corruptibilia: sic per vim fortioris agentis possunt mutari a sua specie: ita etiam possunt remoueri a suo loco per motum violentum et quietem. In corporibus autem celestibus nihil potest esse violentum et extra naturam cum sint incorruptibilia. Secunda suppositio est: quod in quocumque loco aliqua corpora manent secundum naturam, et non per violentiam: in illis locis per naturam feruntur: et in quocumque loco e converso aliquid per naturam feruntur: in illo loco naturaliter quiescunt: et idem dicendum est circa violentiam: quod in quo loco aliqua quiescunt per violentiam: in illis locis feruntur per violentiam, et e converso si ad aliquem locum feruntur per violentiam: in illo loco per violentiam quiescunt: et huius suppositionis ratio est: quod cum quies in loco sit finis motus localis: oportet motum proportionari quieti sicut finis proportionatur his que sunt ad finem. Tertia suppositio est: quod si aliqua loci mutatio sit per violentiam alicui corpori contraria est ei secundum naturam sicut patet ex his que supra dicta sunt. Secunda ibi.

Ad medium itaque quod hic si infertur terra: in de hinc feretur illuc secundum naturam.

Ex predictis suppositionibus arguit ad propositum, primo quidem ex parte motus: si enim sunt duo mundi: oportet esse in utroque aliquam terram, terra ergo que est in alio mundo aut feretur ad medium huius mundi per naturam: aut per violentiam: si per violentiam: oportebit dicere secundum tertiam suppositionem quod contraria loci: mutatio que est ab isto mundo in medio illius mundi: sit ei secundum naturam: et hoc patet esse falsum: quod a medio istius mundi nunquam terra mouetur secundum naturam, ergo et primum est falsum, scilicet quod sint plures mundi. Secundo ibi.

Et si manet hic: inde non violentiam: et feretur secundum naturam huc. Una enim que secundum naturam.

Arguit ad idem ex parte quietis: sicut enim manifestum est: quod natura terre non patitur quod moueatur secundum naturam a medio huius mundi: ita etiam terre natura hoc habet quod hic in medio huius mundi quiescat naturaliter, si ergo inde huc delata terra manet hic non per violentiam: sed per naturam: sequitur per secundam suppositionem quod ab illo medio feretur huc, secundum naturam: et hoc ideo: quod unus est motus vel una loci mutatio terre secundum naturam. Unde non potest esse quod uterque motus sit terrenalis, scilicet ab illo medio ad istud, et ab isto ad illud. Deum cum dicit.

Adhuc necesse omnes mundos ex eisdem esse corporibus: sicut quidem existentes secundum naturam.

Sed adhuc necesse et corporum unum quodque necessarium eandem habere virtutem: ut puta dico ignem et terram et intermedium eorum. Si enim equoca hec et non secundum eandem ideam dicuntur que ibi his que apud nos: et totus equivoce utique dicitur mundus: palam igitur quod hoc quidem a medio ferri naturam est: hoc autem ad medium ipsorum: siquidem dem omnis eiusdem speciei ignis igni et aliorum unum quodque: quemadmodum et que in hoc parte ignis.

Ponit secundam rationem que excludit quedam defectum que posset aliquis imponere prime rationi, posset enim aliquis ad primam rationem respondere quod terra que est in illo mundo: est alterius nature quam terra que est in hoc mundo, primo ergo Aristoteles hoc excludit, secundo ex hoc arguit ad propositum ibi. Nante sunt igitur ferri et. Tertio excludit quadam obiectionem ibi. Dignificare autem et, ostendit autem primo terram que est in alio mundo esse eiusdem nature cum terra que est in hoc mundo, primo quidem ratione accepta ex parte mundi, secundo ratione accepta ex parte motus ibi. Quod autem necesse sit et, dicit ergo primo, quod si plures mundi qui ponuntur: sint similis nature: necesse est quod sint ex eisdem corporibus, et adhuc ulterius necesse est quod unum quodque illorum corporum habeat eandem virtutem cum corpore quod est in hoc mundo, sic oportet ignem et terram esse eiusdem virtutis in quolibet illorum mundo, et eadem ratio est de intermediis corporibus que sunt aer, et aqua: quod si corpora que sunt ibi in alio mundo dicantur equivoce cum corporibus que sunt apud nos et in hoc mundo, et non secundum eandem ydeam, id est non secundum eandem speciem: consequens erit quod etiam ipsum totum constans ex huiusmodi partibus equivoce dicatur mundus. Ex partibus enim diuersis in specie necesse est et totum diuersum in specie componi: hoc autem non videntur intendere qui ponunt plures mundos, sed uniuersaliter utuntur nomine mundi, Unde sequitur secundum eorum intentionem, quod corpora que sunt in diuersis mundis, habeant eandem virtutem: et ita manifestum est quod etiam in aliis mundis sicut et in isto aliquid ipsorum corporum: ex quibus constituitur mundus natus sit ferri a medio: quod competit igni: aliud autem ad medium quod competit terre, si hoc verum est quod omnis ignis omni igni est eiusdem speciei: in quocumque mundo sit ignis

L6.
79L6.
78.L6.
80.L6.
81.

sicut et diuersae partes ignis in hoc mundo existentis: sunt
vnius speciei: et eadem est ratio de alijs corporibus. **C** De
inde cum dicit.

Quod autem necesse sit habere ex his que
circa motus suppositionibus manifestus. mo-
tus enim finiti. Et vnumquodque elementorum
dicitur secundum vnum quendam motuum.

79. **Q**uare siquidem et motus idem: et elemen-
ta: necesse est esse vbiq; eadem.

Ostendit idem ratione accepta ex parte motus. et di-
cit manifestum esse qd necesse sit sic se habere: sicut dictum
est de vniuersitate corporum que sunt in diuersis mundis.
hoc ex suppositionibus que accipiuntur circa motus. vo-
cat aut suppositiones ea quibus utitur ad propositum osten-
dendum: propter hoc. qd hec supponuntur sicut principia: licet
quedam eorum supra fuerint probata. Est autem vna supposi-
tio qd motus sint finiti. i. determinati secundum species: non enim
sunt infinite species motuum simplicium: sed tres tantum: vt su-
pra probatum est: scilicet suppositio est qd quodlibet elemen-
torum dicitur secundum qd habet naturam ad aliquem vnum mo-
tum sicut terra dicitur grauis propter habitudinem ad mo-
tum deorsum. ignis dicitur leuis propter aptitudinem ad
motum sursum. qd igitur sunt determinate species motus:
necesse est qd sint determinata loca. vnde motus secundum spe-
ciem in quolibet mundo: et qd vnumquodque elementorum
dicitur secundum aliquem motuum: necesse est ulterius qd elemē-
ta sint eadem secundum speciem: vbiq; i. in quolibet mun-
do. **C** Deinde cum dicit.

Nate sunt igitur ferri: et ad hoc quidem me-
dium: que in alio mundo terre partes: et ad hoc
quidem extremum: qui ibi ignis: sed impossi-
bile. si enim hoc acciderit: necesse est ferri sur-
sum quidem terram in proprio mundo: ignem
autem ad medium. Similiter autem et ea que
hic terram a medio ferri secundum naturam
latam ad id quod ibi medium propter mundos
sic ponit adinuicem. **C** Aut enim non ponen-
dum eandem esse naturam simplicium corpo-
rum in pluribus celis: aut dicentes sic medium
vnum necesse est facere extremum. **C** Hoc
si autem existente in consequenti: impossibile est
esse mundos plures vno.

Ex premisis arguit ad propositum. si enim corpora que
sunt in quolibet mundo: sunt eiusdem speciei. videmus au-
tem qd omnes partes terre que sunt in hoc mundo feruntur
ad hoc medium huius mundi. et omnis ignis ad extremum huius
consequens erit: qd etiam omnes partes terre que sunt in quocun-
q; alio mundo: feruntur ad medium huius mundi. et omnes partes
ignis que sunt in quocunq; alio mundo: feruntur ad extremum
huius mundi: sed hoc est impossibile. si enim hoc accideret: ne-
cesse esset qd terra que est in alio mundo ferretur sursum in
proprio suo mundo. et qd ignis in illo mundo ferretur ad medium.
et simili ratione. terra que est in hoc mundo ferretur secundum natu-
ram a medio huius mundi in medium illius mundi: et hoc ne-
cesse est sequi propter dispositionem mundorum: qui tale situm
habent: vt medium vnius mundi sit distans a medio alteri.
et sic non potest terra ad medium alterius mundi moueri nisi
recedat a medio sui mundi mota versus extremum. quod est
moueri sursum. simili: qd extrema diuersorum mundorum ha-
bent diuersum situm: necesse est qd si ignis debeat ferri ad
extremum alterius mundi: qd recedat ab extremo proprio
mundi quod est moueri deorsum in proprio mundo. Nec autem

sunt inconuenientia. qd aut ponendum est: qd non sit ea-
dem natura simplicium corporum in pluribus mundis: quod su-
pra improbatum est: aut si dicamus esse eandem naturam. et veli-
mus vitare predicta inconuenientia: que sequuntur ex diuersita-
te mediorum et extremorum: necesse est ponere vnum solum me-
dium: ad quod feruntur omnia grauia vbiq; sint. et vnum
extremum: ad quod feruntur omnia leuia vbiq; sint: quo posi-
to impossibile est esse plures mundos. qd ad vnitatem medij.
et extremi: sequitur vnitatis circuli: seu sphaere. **C** Deinde
cum dicit.

Significare autem aliam esse naturam sim-
plicium corporum: si distent minus vel plus
a proprijs locis: irrationabile. Quid enim dif-
fert. tanta quidem dicere longitudine distare:
aut tanta. Differt enim secundum rationem
quanto plus magis: species autem eadem.

Excludit quaedam obiectionem qua posset aliquis dicere qd
corpora que sunt in alio mundo non mouentur ad medium:
et extremum huius mundi propter distantiam: sed ipse hoc exclu-
des dicit qd irrationabile est dignum reputare: qd sit alia natu-
ra simplicium corporum propter hoc qd distat plus vel minus
a proprijs locis: ita. i. qd ad propria loca moueantur de propin-
quo: et non de remoto. non enim videtur differre quantum ad naturam
corporis: qd per tantam longitudinem distet a suo loco. vel per
maiorē. qd differentia mediorum mathematica non diuersifi-
cat naturam. est enim secundum rationem: qd quanto plus corpus appro-
pinquat ad suum locum: tanto magis velociter moueatur. ita
tamen qd species sit eadem et motus et mobilis: differen-
tia enim velocitatis est secundum quantitatem. non secundum speciem: si-
cut et differentia longitudinis.

Sed adhuc necesse esse aliquem motum ipso-
rum. Quod quidem enim mouentur manife-
stum: vtrum igitur vi omnibus dicemus mo-
ueri etiam contrarijs: sed quod non natum est
omnino moueri impossibile hoc moueri vio-
lencia: si igitur est aliquis motus ipsorum se-
cundum naturam. necesse est eorum que simi-
lis speciei: et singulorum ad vnum numero lo-
cum existere motum. **P**uta ad hoc aliquod medium
et ad hoc aliquod extremum. **C** Lec. XVII.



Remissis duabus rationibus ad ostendendum vni-
tatem mundi. hic Aristoteles ponit tertiam rationem ad
idem. que quidem. s. addit quoddam aliud quod vide-
bat deficere ad primam rationem: posset enim aliquis
dicere qd corporibus non inest moueri natu-
raliter ad aliqua loca determinata: vel si ad aliqua loca
determinata mouentur ea que sunt vnius speciei: et diuersa
secundum numerum: mouentur ad loca diuersa secundum numerum que con-
ueniunt in specie: non autem ad eundem locum secundum numerum: sicut
prima ratio supponebat. Ad hec igitur certificanda philosophus indu-
cit tertiam rationem. circa quam tria facit. primo ponit ratio-
nem. scilicet excludit quaedam obiectionem ibi. Si autem ad
speciem eandem referretur. tertio infert principalem conclusionem ibi.
Itaque necessarium est. Dicit ergo primo necessarium esse qd
sit aliquis motus predictorum corporum: manifestum est autem
qd mouentur. Quod quidem apparet et per sensum et per ra-
tionem: qd huiusmodi sunt corpora naturalia: quibus compe-
tit moueri: potest ergo dubitatio permanere. vtrum sit dicen-
dum qd corpora naturalia moueantur per violentiam omni-
bus moribus quibus mouentur: etiam si sint contrarij. puta qd
ignis inducat sursum et deorsum per violentiam: sed hoc est im-
possibile. qd quod non est omnino natum moueri. i. quod nullum mo-
tum habet ex sua natura: impossibile est qd moueatur per violentiam.

Co.
82.

